MLa
40
30

www.libtool.com.cn

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

www.libtool.com.cn

MLa 40.30

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard
University for "the purchase of Greek and Latin
books (the ancient classics), or of Arabic
books, or of books illustrating or ex-
plaining such Greek, Latin, or
Arabic books."

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

Aegidius

# EGIDII CORBOLIENSIS

www.libtool.com.cn

# VIATICUS

## DE SIGNIS ET SYMPTOMATIBUS AEGRITUDINUM

NUNC PRIMUM EDIDIT

VALENTINUS ROSE

MCMVII

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

IV. 7547
MLa 40.31
www.libtool.com.cn
HARVARD COLLEGE
AUG 19 1908
LIBRARY.
Constantius fund

www.libtool.com.cn

Magister Egidius de Corbolio (de Corboilo, Corbeil) medicus sua aetate et regis Philippi (1180—1223) in Gallia 'celeberrimus'[1], Salernitanae medicinae corpus scholaribus Parisiensibus 'nova', ut ipse ait, 'institutione' pro firmanda memoria carmine condidit (cf. ed. Ludovici Choulant Lips. 1826), libellos primum per totum medium aevum declamatos de urinis atque de pulsibus, ampliora deinde sed levis apud posteros recordationis opera de antidotis et de signis causisque morborum, praeparata quidem simul, at longioris morae (ant. 1, 58 cf. 1, 241—247). 'Laudes et virtutes omnium medicaminum secundum antidotarii seriem' — sic ipse appellat in prologo prosaico (v. 51 Choul. p. 48) quae vel scripsit vel scribere coepit (ant. 1, 132) ante mortem (a. 1181) Romoaldi archiepiscopi (et medici) Salernitani, absolvit autem vel edidit absoluta non ante Salerni urbis devastationem miseram et 'Teutonici furoris barbariem' (a. 1194: cf. Salvatore de Renzi in Coll. Salernit. I, 281. IV, 570. 573 ad versus antidotarii 3, 508—511), neque ante Fulconis (antid. 2, 320) praedicatoris Parisiensis famam (inchoantis a. 1195[2]), mortui a. 1202). regnum Philippi

1) 'celeberrimus arte medendi' ut alter Egidius ait 'aequivocus' in Karolins. V, 462 (Bouquet XVII, 298).

2) sec. Rigordum in Gestis Phil. Aug. p. 42 Bouquet XVII (cf. ad a. 1198 p. 48). mortuus est 'ille celeberrimus presbyter' a. 1202, ut testatur Guilelmus de Nangis (Hist. de Fr. XX, 750). cf. ad eosdem annos 1195. 1198 Robertum Autissiod. in MG. XXVI. in universum Otto Fris. in Gestis Frid. MG. XX, 329—331. Gerardus Dubois Hist. ecclesiae Paris. t. II (Paris 1710) p. 206—208.

indicat 'censura Philippi' ant. 3, 588. circa idem tempus lätius diffusa vulgatur medici Iohannis (Castalii[1]) ant. 1, 126 = Delphici) dignitas non sine quadam reverentiae specie ab Egidio agnita, scil. Iohannis de Sancto Paulo (V. Rose Verz. d. Lat. Hss. Berlin II, 1342 sq.[2])), qui presbyter cardinalis tit. Sanctae Priscae a Caelestino papa III creatur a. 1193 (Onuphrius Panvinius Rom. pontifices et card. Ven. 1557 p. 133 cf. A. Ciaconii Vitae pontif. Rom. et card. cum addit. Oldoini Rom. 1677 t. I col. 1161) et postea, cuius rei nullum quidem in Egidii versibus vestigium comparet, Galliam ipse (a. 1201) legatus (cum Octaviano) missus visitavit (Rigordus p. 53 Bouquet XVII, Rogerus de Hoveden Ann. angl. t. II p. 268 sq. Stubbs), qui deinde S. Francisci primus Romae patronus fuit anno 1210 (Wadding. Ann. minorum I p. 62 cf. Sabatier Leben d. h. Fr. Berl. 1897 S. 308), cardinalis episcopus (ab a. 1205) Sabinensis, mortuus c. a. 1215/1216[3]). itaque per eadem fere spatia temporis Iohannes de Sancto Paulo cardinalis (idem scil. qui Iohannes de Sancto Paulo medicus Salernitanus) vitam egerit, per quae coaetaneus medici et Salerni condiscipulus Egidius, qui e vita cessit post a. 1219 (V. Leclerc in Hist. litt. de la Fr. XXI, 341).

---

1) de quo vocabulo (= Horat. carm. 3, 4, 61) mire dubitant: sic 'physicae quos Delphicus artis spiritus inflammat' Egid. ant. 4, 1561 et sim. 3, 496. item Guilelmus Brito in Philippide 3, 378 'Castalii sitientem pocula fontis'.

2) ubi de magistro eius dixi Romoaldo et de opusculo tunc celeberrimo doctrinae medicae Salernitanae 'Breviario', cuius exemplarium nunc occurrentium numeris postea adscripsi etiam Bruxellense 11465, Lond. add. 16385, Cantabrig. univ. 938 et 1133.

3) id est inter annum 1214 et 1216. nam in bullarum Innocentii papae III subscriptionibus Ioannis nomen non occurrit post 21. April. 1214 (Potthast. Reg.), attamen non erat in vivis accedente (mense Julio 1216) Honorio papa III (Panvinius p. 139 cf. Ciacon. col. 1162): episcopus Sabinensis successit Petrus a. 1216.

Novit sane Egidius etiam auctorem Iohannem et nomine appellavit in commento proprio[1]) ad instituta de iudiciis urinarum (v. 171—182 ed. Lugd. 1505 f. D 8b), respexit etiam in quarto opere, quod usque hodie delituit (Choulant p. XXXV) 'de sinthomatibus', quo ipso titulo et qui promittitur liber in antidotario (1, 241—247), citatur in commentario illo urinarum versibus postea adiecto (ad v. 139 D 2b 'in libro nostro de sinthomatibus dicetur' et ad v. 167 D 7b 'in libro nostro de sinthomatibus requiras'). Iohannes autem Egidii certe scripta legit amica mente sibi commendata (ant. 1, 126), sed qui acerbis verbis quasi eorum qui 'barbarum quid dentibus frendant', in breviarii capitulo de emitriteis (libri V f. 177b cod. Amplon. qu. 207) eam ipsam sententiam confundit, quae et Egidii fuit (viat. 2284) et (cum Bartholomeo C. S. II 761. IV, 349 cf. versus C. S. V 85 = III 30 apud Pseudo-Maurum) Petri Musandini[2]), is

1) editio Lugd. (quae est repetitio primae ab Avenantio de Camerino male curatae Pad. 1484 cf. Choulant p. XXXVI sq.) duplicem habet expositionem, priorem ignoti auctoris (non Gilberti) quem Avenantius finxit esse Gentilem de Fulgineo, deinde ipsius Egidii 'commentum', cuius auctoritatem primi editoris ludibrio occultatam nostra etiam aetas vel negligit vel ignorat ('quod forsan ipsius Aegidii esse posset' Choulant l. c. cf. De Renzi C. S. IV, 575. rem invertit H. l. de la Fr. XXI, 400). codices mss. urinarum Egidii qui etiam commentario praediti extant plurimi, aut simpliciter habent auctoris proprium 'commentum' ('Liber iste quem legendum proponimus est novelle institutionis ...') aut 'Gilberti' ('Gileberti') expositionem ('Sicut dicit Constantinus in Pantegni ...) quae (Egidii) etiam 'commentum' ipsa respicit (e. g. C 4a), saepe autem feruntur cum duplici commentario (i. e. utriusque auctoris Egidii et Gilberti). commentum autem de pulsibus in codicibus sine nomine alius auctoris semper fertur cum versibus Egidii eiusque propriam 'monetam' fert (inc. 'Quatuor sunt membra principalia ...').

2) non Petroncelli (Petrocelli, Petricelli) C. S. II, 759. IV, 309 (quae communis est Salernitanorum). ceterum sciendum est in cod. S. Germ. 1146 (De Renzi IV, 185) = Par. lat. 14025 s. XIV post duas et diversas notasque compilationes therapeuticas 'Ipocratis et Galieni', quarum prima iam occurrit saec. IX (Paris. 11219, Harl. 4977, Sloan. 2839), altera ad indicem prooe-

'mentem bonam' parum probasse videtur. unde pariter ab Egidio repulsam tulerit, qui (in commento urinarum ubi de emitriteo minore ed. D 8b) 'sententiae Ferrarii e Platearii et magni' (sic ed., ubi codd. Lips. 1176. 1215 'magri' vel 'magistri') 'Io. de sancto paulo' (id est sententiae tunc Salernitanae) 'supersedendo Petri Musandini auctoritatem' fatetur se 'prosequi', cum posteris scilicet et secundum Gilbertum Anglicum (in Compendio medicinae lib. I f. 57 ed. Lugd. 1510) magistris 'nostri temporis' fere omnibus[1]). ceterum nec magis quam medici Parisiensis publica Gallorum opinio legato apostolico favisse videtur, qui in concilio Suessionensi[2]) anni 1201 a rege Philippo quasi delusus 'cum nimia erubescentia penitus recessit' (ut ait Rigordus p. 53), nec omnino socium olim Egidium tunc revisisse videtur. nusquam enim illius, verum iunioris Iohannis cardinalis de Columna Romani honorifice senex Egidius meminit in Yerapigra (Hist. litt. de la Fr. XXI, 340), et cuius doctrinam quidem praedicant, numquam rerum saeculi duodecimi auctores tangunt artem

www.libtool.com.cn

miorum non pertinet (cf. Vat. 4421), sequi in 15 foliis sine titulo 'practicam Petrocelli Salernitani' inscriptione folii primi indicatam. rem male intellecto titulo mire obfuscavit editor (praeeunte quidem rubricatore). additur deinde etiam Circa instans Platearii. — Ex 'Summa mag. Petri' excerpta in cod. Berl. 907, 6 (Rose) f. 132 consonant cum fragmento quod 'secundum Romoaldum' editur in Coll. Sal. IV, 413. de Musandino cf. De Renzi V, 254 = II, 407.

1) Gilbertus sine nomine auctoris ex libro V breviarii Iohannis sententiam quasi Salernitanam cum omni disputatione transtulit. sic enim infit ibi 'Hic oritur dubitatio, quis humor putrefiat intra et quis extra in his' (sc. tribus emitritei speciebus). 'Salernitani enim ponunt ... Alii magistri omnes nostri temporis fovent contrariam sententiam dicentes ...' de diversa Cophonis sententia a Iohanne itidem (loco supra citato) reiecta v. C. S. IV, 459. 464. II, 95. 98. hae sunt doctrinae scholasticae Salernitanae — 'pauce utilitatis', ut saec. XIV iudicat Gentilis de Fulgineo, 'qui vero vult se in his dictis prolixare querat Gilbertum Anglicum' (citat De Renzi in Coll. Sal. IV, 459).

2) cf. Luchaire (-Lavisse) Hist. de France III, 1 p. 147 (Hurter Gesch. Innocenz des Dritten I, 402 vel ed. sec. 429).

physicam. num igitur recte fecerim qui quam sola novimus cardinalis de Sancto Paulo senectutem cum iuven tute de qua sola scimus medici sic composui cognominis dubitari potest. nam quod mihi quidem persuasum est nullo vitae testimonio comprobare possum.

www.libtool.com.cn

Certe quod ad cardinalem spectat, diligentius inquirenti manifestum est mera confusione niti vulgarem illam scriptorum omnium assertionem ad hunc usque diem vigentem de Columnensi Iohannis stirpe. revera scilicet nusquam hic appellatur Iohannes Columna, sed quod uni Alphonso Cardella suspicionem movit (male tamen semotam Mem. stor. de'cardinali Rom. 1792 t. I, 2 p. 182) semper et solo hoc cognomine Io. de s̄cō paulo. sic in Legenda trium sociorum (Acta Sanctorum 4. Oct. II Paris. 1866 p. 736. 739), sic apud Bonaventuram in vita S. Francisci (A. S. ib. p. 749), sic in annalibus saeculorum XIII et XIV omnibus, sic vel simpliciter Io. tit. S. Priscae (presbyter) cardinalis (in Innocentii papae III epistolis I, 38. III, 15. 16. 24. 46 cf. Gesta Inn. c. 9). auctor autem confusionis videtur esse Marianus Florentinus (qui vixit adhuc a. 1504: Fabric. s. v.) in chronica ordinis minorum (usque ad a. 1486), quo teste inedito (v. ind. fontium in t. I) utitur Lucas Waddingus in Annal. minorum ad a. 1210 t. I p. 62 (ed. I 1625 = ed. II 1647) sic scribens: 'ex ill. Columnensium familia Eduardo patre natum ait Marianus' (in marg. 'Marian. c. 4'). inde Ciaconius (Oldoini) in Vitis pontif. I, 1161: 'quem ex ill. Columnensium familia Eduardo patre genitum scribunt Marianus Lucas Wadingus et Ferdinandus Ughellius'. Ughellus scil. in Italiae sacrae ed. secunda (1717) I, 162 ('e Columnensium familia, ut notat Oldoinus'), et sic reliqui omnes. atque in hac opinione conveniunt etiam genealogi velut Litta (Fam. cel. ital. fasc. XXXVII — Colonna di Roma — 1836: 'è tradizione che sia di casa Colonna' (ubi additur cognomenti explicatio e Cardella l. c. repetita). idem autem ille Ciaconius (Oldoini) infra t. II p. 57 ubi de altero card. Iohanne agit, sic habet: 'Ioannes Columna Romanus,

Odoardo genitus, presbyter cardinalis S. Praxedis, magnum evasit nobilitatis Romanae decus' etc. atque ita factum est ut referente G. I. Eggs in Purpura docta Mon. 1714 t. I p. 109 et p. 138 duos Iohannis nomine habeamus cardinales Columnenses, alterum Eduardi filium, alterum Odoardi, una eademque nota quae ad Columnam quendam pertinet, ad utrumque translata. similiter nostro etiam tempore A. Coppi (Memorie Colonnesi Roma 1855 p. 54) Iohannem de S. Paulo e Ciaconio ponit filium Eduardi et (p. 56) ex eodem Ciaconio Iohannem Columnam Romanum 'figlio di un Odoardo'.

Mihi autem sic coniciendum videtur, Eduardum patrem pertinere ad Iohannem de Columna Romanum, Iohannem de Sancto Paulo a patria cognomen traxisse Sabinensi, cuius postea factus est episcopus. legimus enim inter episcopum Iohanne mortuo Sabinensem (ab a. 1216) Petrum cardinalem (Duacensem Belgam) et archipresbyterum canonicosque lites ortas fuisse 'super ecclesiis in castris de Turri et S. Polo et de Roca et in tenimentis eorum positis' ab Honorio papa III compositas litteris datis Reatae anno 1219, quas Italiae sacrae inseruit Ughelli (I Rom 1644 col. 186 sq., ed. sec. I, 162) et ex eodem originali Vaticano denuo edidit Ios. Cappelletti (Le Chiese d'Italia t. I 1844 p. 604). quod hic nominatur castellum 'Santo Polo' (inter Cività Castellana situm et Rocca antica Spruner no. 6) nescio an nunc extet in Sabina (nam deest in Dizionario dei Comuni Roma 1885 p. 190. 192), saeculo autem XVIII[1] sic describitur a C. Bart. Piazza (La gerarchia cardinalizia Roma 1703 p. 155): 'Dalle rovine senza dubbio dell' antico Foronovo, poco più lungi di' un miglio del fiume Imella overo Allia, oggi chiamato Laja, egli si è fabbricato questo castello in sito eminente e di fertile territorio, posseduto dalla rever. Camera apostolica . . . La chiesa medesima parrochiale è situata nel più eminente del castello, sotto l'invocazione de' sudetti SS. Apostoli Pietro e Paolo . . . viene chiamata sul solo nomine di Santo Polo . . . Ha di annua entrata incirca

scudi 70. Ed ha circa 270 anime.' ab hoc igitur castello Iohanni nato Sabinensi dignitatem postea cardinalis episcopi Sabinensis consonam accessisse puto.

www.fbtool.com.cn

In universa autem huius aevi atque Innocentii papae III (1198—1216) memoria hoc tenendum est non duos solos sed tres fuisse cardinales Iohannis nomine aequivocos, qui apud auctores posteriores saepius confunduntur. nam secundum Panvinium

p. 133: 'Ioannes Salernitanus' sive 'de Salerno' presb. card. tt. S. Stephani in monte Caelio creatur a Caelestino III a. 1191, cuius ultima subscriptio a. 1208 († 1209/1210). de moribus eius in Scotia et Hibernia legati (a. 1201) memorabile legitur iudicium Rogeri de Hoveden in hist. Angl. (t. IV p. 174 Stubbs).

p. 133 et 137: 'Ioannes de Sancto Paulo' presb. card. cr. a Caelestino III a. 1193, episcopus card. ab Innocentio III a. 1205 (mense Martio), cuius ultima subscriptio (Potthast in Reg.) a. 1214 m. Aprilis († 1215/1216 ante papae mortem mortui 16. Iul.).

p. 137: 'Ioannes de Columna Romanus' pr. card. tt. S. Praxedis cr. ab Innocentio a. 1211, cuius ult. subscr. (Ciacon.) a. 1244 († 1244/1245: 'obiit c. a. Chr. 1245' Panvin. p. 147).

Antidotarium ab Egidio metrificatum repetiverat L. Choulant ex editione prima Leyseri adhibito apographo ignoti cuiusdam codicis Gudiano (pf. p. XL). codices rari. nam licet Astruc (Mém. pour servir à l'hist. de la fac. de méd. de Montpellier Paris 1767 p. 142) postquam generaliter pronuntiavit 'les manuscrits en sont assez communs', ex privatis usibus Cangii Bulaei et suis tres numero elicuerit, nullum nunc ego ex bibliothecarum publicarum neque Galliae neque Angliae catalogis notavi nisi unum sane praestantem Londiniensem (addit. 22399 membr. s. XIV oct.) nescio unde noviter advectum, in quo post Karolinum alterius Egidii (Parisiensis) sequitur (titulo ex prologo desumpto) 'Liber de virtutibus et laudibus compositarum medicinarum metrice compositus editus a mag.

egidio corboilensi' (quadripartitus cum praefatione prosaica), sequuntur etiam 'Instituta mag. Egidii de iudiciis urinarum'.

Alterius autem operis paene gemelli 'de sinthomatibus' ne in ipsa quidem Gallia nunc exemplaria reperiuntur, deperditus videbatur unicus codex Godofredi Thomasii († 1746), quem emerat (pretio scil. quod sic constituitur in 'Bibliothecae Thomasianae' a Panzero descriptae 'Appendicibus' Novemb. 1772 p. 42 '2 fl. 30 kr.') Chr. G. de Murr anno 1777. 'Quaerant nunc alii harum rerum curiosi, et si felicius quam mihi negotium cesserit, publicare opus non differant, ut denique completa habeatur Aegidii operum editio' — sic ipse desperans Choulant anno 1826 (praef. p. XXXVI). verum post octuaginta annos elapsos nunc demum contigit, ut tali voto quodam modo satis satisfieri possit. nam non solum ego novum exemplar licet abscisso primo folio quasi capite truncatum inveni ipse inter codices Buxheimenses ex auctione publica a me bibliothecae regiae Berlinensi comparatos anno 1883, sed etiam quod delitescebat volumen illud Murrianum fortunata paulo post Wilhelmi Meyer Spirensis opera resurrexit anno 1894 (Verz. der Göttinger Hss. S. 510), ex reliquiis id quidem Wilhelmi Müller (professoris Gottingensis † 1890) Gottingae asservatis. reddidit hoc nobis initium carminis, ipsum tamen imperfecte scriptum, nempe altera tota parte scriptoris taedio privatum apparuit collato textu Buxheimensi, cuius insuper extrema particula cum clausula poetae seorsum scripta in novo folio additaque nova rubrica 'Incipit de febribus' confirmavit repetendo fragmentum Egidii, quod in codice quodam Oxoniensi (olim Canonici Veneto) a se repertum (Hist. litt. de la France XXI 1847 p. 840—842) anno 1853 ediderat Carolus Daremberg inscriptum 'Signa et cause febrium egidii' (Not. et extr. des mss. médicaux p. 173—197). insuper eodem fere tempore (a. 1855) Erfordiae in bibliotheca Amplonii († 1434/1435), scil. in cod. fol. 236 (chart. s. XIV$^{2}$ et studii Pragensis), novum ego reppereram libellum Egidianum ('Metra Egidii de physonomiis'), qui se 'quartum' in prologo ipse fatetur de signis morum (et affectuum)

animi, succedentem autem tertio libro de signis dyscrasiarum cerebri. qui libri quomodo in universi operis ordinem ab ipso fortasse auctore non perfecti convenerint incertum est. hos versus dederam a. 1864 in Anecdotis (I, 171—201), de codice postea (qui studia mea Amploniana ignoravit) dixit W. Schum (Verz. der Amplon. Hss. Berlin 1887 S. 143—148 cf. tamen Anecd. p. 172—174).

www.libtool.com.cn

Ceterum carmina haec de medicamentis et de signis morborum duo, utpote maioris hiatus opera et memoriae scholarium parum idonea, rarius descripta fuisse consentaneum est et citius oblivioni tradita. prioris autem locum mox obtinuisse videntur versus qui ferebantur 'de simplis compositisque', qui sub nomine Egidii viatico subiuncti in codice etiam Buxheimensi leguntur brevi quidem poetico sicut alibi prosaico prologo instructi. versus sunt quattuor, qui prosaicam praefationem ampliorem contrahunt:

'Firma memoria fit metris, quia plurima paucis
comprendunt, animum delectant, commoda pensant[1]),
non laudem. bona signa canam, vim post medicinae
confectae. splendor metri latet utilitate'.

prosaica sic incipit (cod. Lips. 1215 qui olim 1213, cod. Ampl. qu. 182 f. 290) 'Quoniam firmius memoriae commendantur quae metrice scripta sunt' etc. carminis ipsius versus ('Res aloes lignum pretiosa. sit hoc tibi signum' etc.) rationem quidem Egidii affectant, vere autem 'rudi et inculto stilo' (quem ille excusat sub specie modestiae viat. v. 15) contexti potius negant, quippe exiles et aridi et ab abundantia Egidiana nimis abhorrentes. in antiquioribus sane codicibus duobus hi particulis et diverso metro separatim scripti et sine nomine auctoris ('versus' in Berl. qu. 586, Ampl. qu. 178. 180 etc.) in unum deinde cum prologo libellum componuntur modo anonymum (Lips. 1215) modo nomine Egidii quasi signatum (Ampl. qu. 182). ex anonymo illo editus olim fuit (post Macrum de herbis

1) sic ex viat. v. 2351 'commoda pensans'.

Lips. 1832) a Ludorico Choulant sub nomine sine teste arrepto suspectoque, nimirum confusione nato (cf. Hermes VIII, 63. 330), Othonis Cremonensis, quem editiones Egenolphianae Urinarum Francofurtenses suggerebant Iohannis Curionis professoris Erphordiensis (natu quidem, sicut Amplonius, Berkensis) et Iac. Crellii (a. 1551 sqq. cf. Choulant p. 157, De Renzi C. S. V. 155. 170). in eis enim versus 'de simplis' (id est de electione specierum) primae particulae, cum simpliciter inscripti sint 'rhythmi' (sic in titulo) vel (in textu) 'rythmus Othonis Cremonensis', memoriam sic referunt Odonis Magdunensis qui Macrum scripsit (saec. XI/XII), Egidii autem reminiscuntur qui alterius particulae versus 'de compositis' id est de antidotario ('Renes reuma lapis' . . .), licet ordinem antidotarii quem manifeste respiciunt varie commutantes, putant Egidianos.[1])

Ipse scilicet liber antidotarius (cf. ad cod. Berl. lat. 899, 23 Rose p. 1070) Salernitanus (Nicolai) certo quidem rerum ordine scriptus sed admodum varius et modo auctus ex ipso fonte respecto (velut in cod. Berl. qu. 299 s. XIV et cum multis insuper additionibus posterioribus Berl. fol. 481 ch. scr. a. 1441) modo curtatus, ex amplissimo illo desumptus est et antiquitatis memoriae pleno qui magnus antidotarius appellatus est vel (a Simone Ianuensi) universalis. usus sum codice Bas. D. III 14 m. s. XII qui (olim 'fratrum predicatorum Basiliensium') habet indicem in fine manu saeculi XV 'Hic continetur antidotarius magnus Galieni secundum ordinem alphabeti' etc. (de alterius codicis et melioris fragmentis nunc Gottingensibus m. s. XII scripsi Wilhelmo Meyer, cuius vide Verz. d. G. Hss. S. 504: extat initium libri etiam in cod. Bern. A 51 s. XII). magnum

1) 'versus' hos secundae particulae 'de antidotario' (qui soli extant in cod. Ampl. fol. 270, 6 Schum etc.) cum aliis item 'versibus' ('Aurea quando datur' ... Ampl. fol. 238, 9) inter se composuit De Renzi in confusanea illa, quam vult Salernitanam, versuum medii aevi medicinalium collectione (t. V p. 34 sqq.).

istud opus et antiquius[1]) (saeculi fortasse XI) Salernitanum, quod ordine saepius mutato in compendium redegerat Nicolaus (aliud antidotarii magni compendium extat in cod. olim S. Victoris Paris. 15113 s. XIII f. 167—196), respexit etiam et contulit Matheus Platearius in commento Nicolai, respexerat ipse sive Constantinus sive editor antidotarii qui est liber decimus in practica Pantegni (v. ad cod. Berl. lat. 898 Rose p. 1064. 1062).

'Gauderet metricis pedibus sua scripta ligari
et numeris parere meis' . . .

scilicet 'medicae doctor Platearius artis'. sic ipse effatur Egidius (in antid. 1, 110—113). etenim sicut in laudibus medicaminum exponendis 'substramentum et materiam' constituit 'glosas super antidotarium a mag. Matheo Plateario editas', sic in libro de symptomatibus eiusdem Platearii practicam ('Amicum induit' . . .) de causis signisque et curis aegritudinum (omissis quidem curis) praecipue secutus est. unus hic expresse auctor citatur etiam in textu antidotarii (1, 826. 3, 1228. 4, 835) cum Tabulis Salerni (1, 836), idem cum Ferrario et Iohanne de Sancto Paulo in commento proprio urinarum (ad v. 171 D 8b cf. ad v. 56 B 4b ed. Lugd. 1505, cum veteribus scil. Ypocrate Galieno Alexandro et moderno 'Ysaac in libro urinarum' A 8b etc.). attamen discipulum se potius profitetur (ant. 1, 171. 2, 4. de puls. 254) Petri Musandini (de Musanda) senioris (et dudum demortui ant. 1, 100), eius id est 'primae aetatis' (ant. 1, 96) auctoritatem a Mauro suppletam summe praedicat, reliquorum et ipsius Platearii

1) memorantur (Bas.) f. 51b 'Fyloantropos translatum a sarracenico in latinum' . . . f. 54 (a manu eiusdem temporis secunda quae in vacua spatia singulis litteris relicta additamenta scripsit) 'Filonium quod ex syro in latinum translatum fuit' . . . (sic scil. incipiunt additamenta litterae F, ubi antea a manu prima 'Filonium qui interpretatur novus amicus'!). f. 60b 'Katharticum de arabico translatum' . . . f. 111b 'Trifera quam Ysaac componit' . . . f. 112 'Trifera Sarracenica' . . . f. 133b 'Yera ioseph sacerdotis quam grandi experimento confecit' . . .

interdum 'sententiae supersedendo' (cf. l. supra c. D 8b et comm. puls. O 3a—b), Petri 'quo tamquam sole nitenti et nitet et nituit illustris fama Salerni' (ant. 1, 91). hunc igitur Petrum Egidii 'Musa' medicae disciplinae fontem colit 'Musandini fluminis undas' (ur. 341) revolvens.

www.libtool.com.cn

Eadem autem Musa in sermonis cultura manantia reddit (viat. 2347) 'fluenta fontis Adamatici', id est artium magistri Adami de Parvoponte logici (Hauréau Hist. de la phil. scol. I, 421). nam et ipse Egidius scholae Parvipontanae quondam se 'columnam' fuisse innuit, id est discipulum, ante scil. annum 1175 et reditum in Angliam magistri Anglici, sicut Alexander Necham (= Newham Rose Anecd. I, 95) qui Parisiis 'modici pontis parva columna fui' (de laud. sap. X, 322 p. 503 Wright). pons enim parvus (qui hodie quoque Petit pont) ducens per insulam, cum duo tantum pontes existerent, obliqua via ad pontem magnum tunc lapideum cambiatoribus (Pont au change) a. 1141 destinatum a Ludovico rege VII[1]), antiquitus dedicatus ipse erat 'disputantibus logicis', ut commemorat Guido de Bazochis eiusdem aevi duodecimi testis.[2]) 'aeneae columnae' fuerunt discipuli, qui (sicut

1) vid. Jaillot Rech. crit. sur la ville de Paris 1792 I, 161. 177, cf. tamen Jules Cousin La cité in fasc. IV p. 7. 34. 35 operis collectanei Paris à travers les âges t. I Paris 1883, Ioanne Dict. géogr. de la France t. V Paris 1899 p. 3292/3. recentioris deinde constructionis erant alter pons magnus (= Pont Notredame: 'ad cathedram maioris pontis' docentem novit Adamum quendam iuniorem Egidius Par. in Karolino V, 501 cf. Bulaeus II, 143. 717) et alter postea (novus) pons parvus (= Pont St. Michel). ceterum memoratur etiam Iohannes quidam de Ponte parvo doctor Parisiensis in Karolino (c. a. 1200 edito V, 653) v. 509 (aeque ignotus).

2) Denifle Chart. univ. Paris. I p. 58 cf. Wattenbach Sitz. Ber. der Berl. Akad. 1890 IX p. 164. sicut postea (saec. XIV) etiam 'in vico ultra Parvum pontem vocato gallice rue de Feurre' (Fouarre — vicus straminis Denifle Chart. III p. 53. 216) 'scolae existentes' facultatis artium: cf. Crevier Hist. de l'univ. de Paris 1767 I, 172. Thurot De l'organisation de l'enseignement dans l'univ. de Paris 1850 p. 70.

Abaielardo Paracletum anno 1123) Parisiis (Adamo) scholam pontem extruxerunt 'in quo sibi singuli domos statuerunt', ut Godefredus de S. Victore poetice declamavit[1]) — 'pontis incolae'[2]) vocati et 'Parvipontani' (ib.), conditores illius quam Necham appellat 'subtilitatis parvipontanae veritatis' (de utensil. ap. Wright Volume of vocabularies Lond. 1857 p. 103).

Adam iste, sicut Abaielardus, a studio dialecticae appellatus Peripateticus. anno 1132 (teste cod. Par. 14700 olim S. Victoris 32) tractatum ediderat 'de arte disserendi', 'non bene' quidem dicens 'bona quae dixit', iudice Iohanne Saresberiensi († 1180), qui de docta eius vanitate et obscuritate quaesita multos tamen alliciente narravit in Metalogico (4, 3 cf. 3, 5. 2, 10).[3]) is enim cum

---

1) in str. 70—73 carminis quod titulo Fons philosophiae inscriptum edidit A. Charma Caen 1868 (cf. Hauréau l. c. I, 514. 421).

2) de domibus pontium vid. Rigordus ad a 1206 Bouquet XVII, 61 ubi de inundatione Parisiensi: 'tres arcus parvi pontis fregit et quam plures domos ibidem evertit' (Felibien Hist. de la ville de Paris 1725 t. I p. 242). cf. ad eundem annum Guil. Brito (ib. p. 81) 'Parisius pons qui parvus dicitur corruit, per vicos aqua sublevabatur usque ad secunda tabulata domorum'. de nova inundatione anni 1216 Guil. Brito p. 113 etc. etc.

3) Iohannis illud iudicium confirmat specimen tractatus quod dedit V. Cousin (Fragm. philos. II nov. ed. 1865 p. 385—390). codex quem et ipse manibus tractavi a. 1864 amplissimus est foliorum c. 400 saec. XIII fin., quo f. 246 rubrica talis legitur· 'anno .M$^{o}$ C$^{o}$.XXX$^{o}$.II$^{o}$. ab incarnatione domini editus liber adam de arte dialectica. incipit ars dialectica (Principium propositi de quo et ad quid et qualiter ars disserendi instituenda dicere' ... f. 253b 'Explicit liber primus ada de arte dialectica. incipit secundus' cuius deest finis). non dubito quin Abaielardi potissimum causa (qui 'extra civitatem in monte S. Genovefae' scolarum suarum castra se posuisse ipse tradidit) ex Anglia ad montem Parisiensem (cf. Denifle Univ. I, 661 sqq.) transierit Adam c. a. 1118 (ut postea Iohannes c. a. 1136). teste careo. sed quaeri potest, num Anglicus noster (utpote genere Belvacensis, unde nobilis et dives) idem fuerit logicus ille quem Romae post annum 1126 vidit Gerhohus de Richersperg (ubi praepositus 1132—1169) qui sic in epist. XXI (Migne 193, 576): 'iterum alia vice cum essem Romae, quidam Lateranensis ca-

www.libtool.com.cn

adolescens anno c. 1136 studiorum causa et Abailardi († 1142) in Galliam transisset (per 12 deinde annos ibi moraturus), quamquam 'discipuli' nomen recuset 'doctam tamen 'magistri' Adami utpote Anglici et 'nostri' (ll. cc. cf. prol. tract. 1. 3) familiaritatem, etiam 'librorum communicatione' (metalog. 3, 3) utilem, suum ad lucrum se olim revocasse confessus est, hominis simul famam attestatus et sectatorum numerum. cognovit enim eum (met. 2, 10) 'acutissimi virum ingenii et 'quidquid alii sentiant, multarum litterarum'. et sane molestum quoddam et vacuum subtilitatis studium nobis quoque prodit tractatus Adami dialecticus, vanam doctrinae ex veteribus multis libris conquisitae iactantiam dictionarius ille, quem sub specie itineris facti reditusque in patriam ad verborum copiam comparandam descripto aedificio domestico scholaribus confecit[1]), cum ipse Parisiis recens ut videtur magister factus esset, ad magistrum Anselmum quendam amicum suum directum. libellum anno 1867 edidit[2]) Aug. Scheler (Jahrb. f. roman. u. engl. Litt. VIII p. 75—93) ex unico tum codice Brugensi 536 (s. XIII) glosis paucis instructo (de quo v. Scheler p. 77). ego altero praeter eum codice usus sum Guelpherbytano 3035 (Heinemann = Aug. 13. 10 m. s. XIII), ubi iusto commentario grammatico ab eadem manu qui textum scripsit gallica inserto (f. 198) 'Incipit epła mgr̄i ade de pvo pōte ad mgrm̄ anselmū de reditu suo in angliā a gallia', quae

---

nonicus nomine Adam noviter ex scholis magistri Petri Abailardi egressus, conabatur astruere Christum ex parte deum et ex parte hominem esse' (cf. A. Hauck Kirchengesch. Deutschlands IV 1903 p. 441) logica scil. in theologicis disputatione gaudens, ut senex postea anno 1179 episcopus Walensis. iuvenis tunc ille impugnantis Gerhohi et ecclesiae assentientis repulsam tulit (sedente adhuc Honorio et ante 'schisma' Petri Leonis), et postea 'factus apostata' ivit 'in Apuliam', scilicet ad Franco-Normannos avitos et Rogerum (II) mox regem atque antipapae Anacleto (qui coronavit) amicum (a. 1130).

1) sicut postea ipsius Adami discipulus Alexander Necham († 1217) qui scripsit de utensilibus. 2) denuo editum in collectione separata inscr. Lexicographie lat. du XII. siècle Brux. 1868.

tamen in ultimo codicis mutilati quaternione (f. 198—205) imperfecta deficit (ut desint ed. p. 88—93 Sch.).[1])

'Phale tholum cillentibus radiis perspicuum cum iam prospicerem, accelerantem ecce morabantur me tesqua cum scabris dumeta cum quisquiliis et confraga rubetis circumvallata. pape autem inquies mi anselme iam ut video quorsum hoc tam scabrosum orationis respicit ('accipiat' Guelph.) inicium . . . domum quam in anglia a gallia rediens adire optabam qualiter adierim et qualem invenerim ecce tibi ex condicto conscribo. Sequitur etiam oratio (sic G, 'demonstrans' add. B) partim rerum illic inventarum formam (gl. 'monstrans' G) ut tibi res ibi invente innotescant et partim evagationis ymaginarie licenciam . . . Sed quoniam illum planum dicendi modum quo ⟨in epistolis meis' add. cod. Brug.⟩ uti consuevi flumini visum usquequaque in ima admittenti comparabas. nobiliorem autem tibi videri (f. 198b2) dicebas orationem fluvio tenebrosa profunditate stagnanti comparatam ad arbitrium tibi morem geram' . . . 'et inde etiam hoc rationabilius fit quod latine orationis copiam in dies minui querebaris et rerum usitatissimarum nomina ignotissima esse dicebas. Ideo quod iam pene obsoleta apud eruditos celebrari oportere asserebas in hoc quoque debito morem tibi geram'.

www.libtool.com.cn

1) extant haec in codicis parte altera f. 174—205, quae alieno volumini Ovidii Statii etc. carmina continenti (no. 1—4 Heinemann) eadem compagine adnexa fuit. exhibentur opuscula grammatica commentis praedita: 5. f. 174—189a Dictionarius (Iohannis de Garlandia = cod. Ampl. oct. 12, 1 Schum: ed. Scheler Jahrb. 1865 VI, 144 sqq. et Wright A volume of vocabularies L. 1857 p. 120 sqq.). — 6. f. 189a1 'Summa mgri henrici curialis' ('In mediis dicronas has lector percipe partes Quas tuus hanricus mediarum tradit ad artes' . . .) scil. 'versus differentiales' (sic f. 189b) cum comm. usque ad finem huius quaternionis ubi patet lacuna inter f. 189/90. — 7. f. 190—197 quaternio singularis (= ed. p. 63/74 + 155/56 ex l. Alexandri Necham de nominibus utensilium (= Ampl. oct. 12, 2: ed. Scheler Jahrb. VII, 60/74 + 155/173, Wright Voc. p. 96—119). — 8. f. 198—205 Epistola magistri Adae.

Commentum autem epistolae in hoc codice adiectum sic incipit ʻMateria huius libri sunt utensilia. Intentio autem est utensilium summam colligere. Utilitas est nomina utensilium cognoscere. Titulus talis est Incipit epistola magistri ade de parvo ponte’ etc. ut supra. quae in memoriam revocant Alexandri cum commento simili libellum eisdem codicibus comprehensum (cf. Erf. Amplon. oct. 12, 2). iam excerpo ex Adae epistola quae hominem monstrant haec:

www.libtool.com.cn

f. 200a2 (Scheler p. 79) ʻIntroeunti occurrebant qui me puerum viderant anno XII⁰ revertentem visitantes primo fratres germani et notbi. nam uterinos et spurios et favonios matris monogamia prohibuerat. deinde et consobrini. patrueles ibi reliqueram unde veneram. fratrueles (cum gl. ʻfilii matertere’) autem matertere castitas non contulerat. postremo nepotes et sobrini. horum autem qui mihi noti fuerant alios secundum stematum distinctionem indicabant. colloquendo pertransivimus vestibulum’ . . . f. 201 a 1 (Sch. p. 80) ʻpeniciores deinde domos adeo et ecce in ablacte matris incidi nexus vel amplexus. occurrit autem cum glore mea et ⟨ʻcum’ B⟩ adhuc investe (-ʻtis’ G) matertera sororis mee galus et ipsa adhuc investis. quam cetere quod me ut in puericia consueverat adam balsamensem (ʻi. dulcem’ gl. B) appellaret nec magisterii nomen adiceret corripiebant. cum quibus sermonibus quos res postulabat collatis ad cenam vocamur’ . . .

f. 201b (p. 81): ʻCiborum quoque quos patria barbarica utitur tria sunt genera ⟨ʻapposita’ B⟩ taxea (Isid. XX, 2, 24) cruda (ʻscruta’ B) ex succiduis’ . . .

f. 202b (p. 83): ʻphalam ascendimus in qua diversa genera armorum speculari licebat. stabant autem inter hastilia falarica corno facte caice quas et cateias et teutones barbari (i. e. Hispani et Galli Isid. XVIII, 7, 7) nominant’ . . .

Scheler p. 88: ʻQuid ergo, inquit consobrinus unus qui aderat, cum sis natione Angelicus (cum gl. ʻde illa

gente'), patria balsamensis (cum gl. 'cum sis dulcis'), 'genera (sic) Balvasensis (cum gl. 'de Beauvais'), mansione iam diutiore quam voluissem Parisiensis, numquam alicubi rurale huic simile edificium vidisti? nonne tibi si fieri posset honestius ut iudicares rure paterno frui quam salari lucello (cum gl. 'causatoris') addictum fuisse. Tunc ego subridens Interrogationibus, inquam, istis ... tam subito respondere non aggredior ... et iam circuitu pergirato' ... etc.

Scheler p. 93: 'Habes enim que dicta sunt, mi Anselme, ... qualem probabas orationem et rerum usitatissimarum copiosam ut desiderabas nominationem. Quod si hoc nostre orationis crepusculum nubibus pene clarescentibus serenius quam querebas tibi videatur, orationem ipsam medie noctis furvitate obductam tibi palpaturo mittere paratus sum. sed ut aliquid non superfluum immo vero utile amico destinata contineat epistola, sed philosophiam de huius modi rebus consulas, ipsa tibi ostendet certissime tante rerum copie incomparabiliter prestantiorem esse cognitionem quam possessionem ... non talia possidere sed talibus vel bene uti vel bene carere preciosum est. Quod quidem ... a me sepe accepisti. Valete. Explicit. Amen.'

Haec si tractatus dialecticus editus fuit, ut unicus vult codex Parisiensis, anno MCXXXII et si circa idem fere tempus (vel paulo ante) sumamus magistrum factum revisisse patriam anno ut ipse testatur XII°, reliquisse concludemus Angliam anno (1118—)1120 'puerum' fortasse 15 annorum, ita ut natus Adam fuerit c. a. 1105(03). haec quidem incerta sunt, certi autem notantur posterioris vitae anni. etenim anno 1147 citatus in concilio Parisiensi contra Gilbertum Porretanum dialecticum testis fuit (cum Hugone de Campo Florido cancellaris regis) magister 'Adam de Parvo Ponte vir subtilis et Parisiensis ecclesiae canonicus recenter factus' ... 'non sine multorum admiratione viros magnos et in ratione disserendi exercitatos pro argumento



www.libtool.com.cn

iuramentum afferre’ (sic tradente Ottone Frising. in gestis Friderici MG. XX, 379). itaque qui Aristoteli ‘pre ceteris incumbebat’ magister a. 1136 et sqq. (Io. Sar. metal. 2, 10) canonice nunc vivit theologus, atque adeo fit praepositus scholarum Petri Lombardi († 1160), de quo infra.

1175: Radulfus de Diceto decanus Lundoniensis († 1202/03) in Ymaginibus historiarum (Opp. I p. 402 Lond. 1876) ad a. 1175: ‘Adamus canonicus Parisiensis electus in episcopum Sancti Assavi’ (Asaf, Asaph in Wallia: inde ‘Adamus Walensis’ dicitur Rogero, scil. ‘episcopus Walensis’ in conc. 1179 i. e. ‘Laneluensis’) ‘consecratus est a Ricardo Cantuariensi archiepiscopo apud Westmonasterium $III^0$ idus Octobris’ (13. Oct.). cf. Gesta Henrici secundi (q. vulgo dic. Benedicti Petroburg.) I p. 90 Stubbs (L. 1867): ‘et ipse Cantuariensis privavit eum (Godefridum ep. de S. Asaf) concessi ordinis dignitate et loco et statuit loco ipsius magistrum Adam ad episcopatum Sancti Asaf’, quod sic dedit Rogerus de Hoveden (qui mortuus est paulo post a. 1201) II p. 78 Stubbs ‘Ipse enim Godefridus episcopatum suum deseruit paupertate et Walensium infestatione compulsus . . . et sic deceptus amisit utrumque. nam rex dedit episcopatum Sancti Asaf magistro Adae Walensi et abbatiam de Abendune cuidam monacho’.

Eodem anno Adamus canonicus Parisiensis appellatur can. Persorensis[1]), teste quidem celato, in Fastis ecclesiae Anglicanae (Le Neve-Hardy L. 1854 t. I p. 63). itaque reversus fuisse videtur aut paulo antea, aut ipso demum anno 1175, quo etiam Giraldus Cambrensis in Angliam redux (scil. post canonizationem S. Thomae Cant. i. e. post a. 1172: eius enim adierat Parisiis capellam apud S. Germanum Autissiodorensem ‘ab archiepiscopo Remensi . . . constructam et dedicatam’ de reb. a se gestis 2, 4 Opp. I p. 49) archi-

1) ‘a canon of Pershore’: de monasterino de Persora, Persore in agro Wigorniensi (Pershore, Worcestershire) v. W. Dugdale Monasticon Anglicanum t. II L. 1846 p. 410 sqq.

www.libtool.com.cn

diaconus factus Breconensis (Brecknock) pro capitulo Menevensi (episcopi Sancti David) lites habuit super ecclesia de Keri. hanc Adamus episcopus S. Asaph occupaverat excommunicationem Giraldo cum suis renitenti minatus 'licet invitus quia Parisiis olim socii fuerant et conscolares' (Gir. de rebus a se gestis 1, 6 Opp. I p. 32 Brewer 1861) — 'olim socii', sed per quos annos non constat. nam Giraldus, ut in universum ipse ait (de reb. a se gestis 1, 2) 'tres status annorum plurium Parisius in liberalibus doctrinis faciendo summosque praeceptores demum aequiparando trivium ibidem egregie docuit et precipue in arte rhetorica laudem obtinuit' (cf. 1, 3 'reversus autem a studio' etc. de studiis Paris. posterioribus legum et decretalium et theologiae ibid. 2, 1. 2. 3, 3).

1179: In actis concilii Lateranensis ab Alexandro papa III convocato nomen praesentis exhibetur etiam Adami (Mansi Concil. XXII, 217 cf. 467). Cantuariensis enim provinciae hi nominantur episcopi:

'Rainaldus Bathoniensis
Robertus Herfordensis
Iohannes Norvicensis
Adamus de Sancto Asaph
Petrus Menevensis'.

huc pertinet, quae etiam in Notis Antonii Pagi apud Baronium (Ann. eccl. ed. Luc. XIX p. 499 cf. Mansi l. c. p. 248) repetitur, Bulaei narratio (hist. un. Par. II p. 716 cf. 667) ex Walteri prioris S. Victoris dialecticorum adversarii aegerrimi (qui trinitatis invasores increpat Abailardum, Petrum Lombardum, Petrum Pictaviensem, Gilbertum Porretanum 'uno spiritu Aristotelico inflatos' et quasi 'labyrinthos Franciae') in opere contra haereticos (de titulo libri v. Bulaeus p. 402. 629. Denifle Arch. I, 404) de Adamo quoque cum quibusdam cardinalibus repugnanti contra Alexandrum papam III, cum in concilio Lombardum is damnare moliretur . . . 'Quidam vero cardinalium . . . egressi sunt ex consistorio. Quidam etiam episcopus Wallensis Adam exivit cum illis dicens Domine papa ego

www.libtool.com.cn

et clericus et prepositus olim scholarum eius defendam sententiam magistri' (sic ex cod. etiam Denifle Archiv für Litt. u. KG. des MA. I, 407), Lombardi scil. qui episcopus Parisiensis a. 1158/59 († 1160).

De morte Adami libet primum repetere quae praebent Fasti Anglicani (Le Neve-Hardy) T. I (1854) p. 63: 'Adam a canon of Pershore was appointed on the deprivation of Godfrey. He was consecrated at Westminster on Sunday 12. Oct. 1175 [Ymag. Hist. de Diceto col. 587]. He died at Oxford in 1181 [Annal. Waverl. Teokesb. et Cestrens.] and was buried in the monastery of Osney [Ms. Cotton. Galba A VII].' iam adscribo ipsa verba ex Annalibus monasticis (SS. rer. Brit.) a R. Luard editis (5 voll. L. 1864 sqq.) ad a. 1181 sic posita:

Annales Oseneienses (monast. in Oseneia insula urbis Oxeneford) p. 39 (vol. IV L. 1869): 'Obiit Alexander papa tertius ... Eodem anno mortuus est apud Oseneiam Adam episcopus Sancti Asaph et Rogerus Eboracensis archiepiscopus.'

Annales Waverleienses p. 242 (vol. II L. 1865) ... 'Hoc anno obierunt Rogerus archiep. Eboracensis et Adam ep. de Sancto Asaph et Henricus abbas de Winchelcumba.'

Annales Teokesburienses p. 52 (vol. I L. 1864) ... 'Obiit Rogerus archiep. Eboracensis et Adam episcopus de Sancto Asaph.'

De cod. Cott. Galba A VII nunc exusto v. Reinh. Pauli in Mon. Germ. XXVII (1885) p. 484.

'Multarum litterarum' Adamum merito praedicat Io. Saresberiensis, multarum item litterarum Egidium intelligimus. grammaticorum enim scholas et veterum poetarum lectionem attestatur copia verborum, ubertas autem dictionis variataque et circa eadem alio modo repetenda quasi cumulata novitas rhetoricae studium ostendit. emergentem inde etiam venam poeticam non solum in prologis librorum deprehendimus epilogisque, sed in digressionum frequentia. ipse sibi imperat (ant. 2, 811)

'plus aequo diffusa suum digressio cursum
frenet' . . .

www.libtool.com.cn

in arida compositionum medicarum materia digressionum talium exempla legas haec: De medicina duplici pauperum et divitum 2, 68—123. 2, 739—810 (cf. 3, 216. 237. 250 etc.). 2, 5—22 (cf. epilog. l. IV). — De libidinis vicissitudine 2, 167—179. — Contra monachos lascivos 2, 297—300. — De sacra doctrina Fulconis 2, 321—336. — De die novella in urbe Parisius 2, 494—500. — De pharmacopolarum fraude 2, 900—915. — De ratione Veneris et partus 3, 158—178. — Quaestio medica (qualis ut suspicor Ursonis cf. Renzi C. S. I, 244 et cod. Ampl. qu. 204. 215 Schum) 3, 318—386. — De situ famaque Salerni 3, 469—511. — De fratre Salerno (s. Salernitanorum) et generatione harpae (arpiae) 4, 666—719 (cf. Bernard. Prov. ad Tab. Salerni C. S. V, 289).[1]) — De novitatis gratia in arte medendi 4, 1218—1231 (cf. 322. 1423 'novitas gratissima rerum'). — De chirurgo

1) Bernardi Provincialis verba haec sunt (C. S. V, 289) ad mag. Salerni tab. V col. 5 (p. 240) 'Atriplex id est crisolocanna, si detur mulieri gravide ipsa pariet. frater Salernitanorum sive Lumbardorum qui vocatur arpia, de quo Girardus sexto viatici capitulo' (id est volumine) 'de egressione secundine loquens de hoc dicit' . . . 'Crisolocanna' est χρυσολάχανον, quod occurrit in Geoponicis' (XII, 1, 3), de quo sic apud Dioscoridem II, 145 'Ατράφαξις, οἱ δὲ χρυσολάχανον . . . = ἀνδράφαξις apud Hipp., Theophr. h. pl. cf. Schneider ad Script. R. Rust. in indicis p. 115. Girardi locus qui a Bernardo citatur sic extat in cod. Amplon. fol. 266 (membr. s. XIII/XIV in cuius f. 129b 'Explicit viaticus cum glosulis magri geraldi bitturicensis') ad cap. 'de exitu secundine' (ed. Opp. Isaac Lugd. 1515 VI, 17) f. 100b1 'Postquam mulier peperit ꝛc. Capitulum id de egressione secundine. egressio autem a matrice secundina retinetur alia per se solam, quoniam cum multo sanguine sanioso non educto qua oportet ducitur, alia cum pecude. quod pecus apud lonbardos vocatur arpia. pecus enim apud quasdam gentes generatur in matrice et mittitur cum embrione, ut apud istos qui fructibus et radicibus nutriuntur, ut sunt lōbardi. est autem pecus simile busoni et appellatur frater lōbardorum. saepe enim gemelli nascuntur. ad eductionem eorum que dicta sunt valent' . . .

licet quasi carnifice medici famulo 2, 1507—1513. — Ad tirones epilogus de habitu medici artisque fine 4, 1561—1624. cf. querelas 'vetuli doctoris' de novorum medicorum dialectica quadam arte tumidorum sed in curandi negotio imperitorum censura nunc minus severa nec qualis deceret (v. 588) 'Philippica' 3, 549—609 (sicut Salerni v. 565, ita Parisiis etiam secundum Archithrenii versus ex Iohanne de Hauvilla apud Bulaeum t. II p. 669). ex prologis denique historica notitia plenis propter medicos-episcopos hoc aevo claros eligo capitulum de sene medico clerico (Renaudo) 3, 24—43. talia itaque additamenta atque lumina orationis frustra quaeras in viatico, qui hac quoque quasi egestate si non serotinum tamen imperfectum et quodam modo ineditum Egidii laborem nobis praebere videbitur.

Medicus poeta 'eruta de veterum scriptis antiqua' (ant. 2, 11) recenset, at commendat ea nauseantibus 'iubar eloquii' (2, 8) atque formae metricae venusta novitas, de cuius dignitate et propter duram materiam difficultate multus est ipse in praefatione secundi libri et quarti Zoilum deprecando. similiter (parcius tamen) in viatico. qui liber eodem fere tempore coeptus (ant. 2, 247 cf. 3, 3 'crebrescere coeptis est pudor' . . .) non solum iusto praeter prologum brevem (v. 1—20) initio caret, 'capitulis' scil. 'generalibus', qualibus incipit breviarius Iohannis, sed ad finem quaedam (v. 2320 de signis praegnantis) inserta habet aut ex alio ipsius libro aut ex altera carminis truncati parte assuta cum operis totius epilogo. quattuor enim de signis libri videntur extitisse (Anecd. I, 176), quorum primus (nisi forte duplicatus is nobis legitur cum secundo conflatus qui 'de febribus') versus nunc exhibet 2358, quartus autem 957 de morum animi signis. cui numero si versus 4663 (874 + 916 + 1249 + 1624) quattuor librorum antidotarii compares sero quidem sed una (ant. 1, 58 cf. 4, 1557/60) editorum aut Yerapigrae a sene novem libris loquacius confectae versus 5929 (Il. l. de la Fr. XXI, 353), viaticus ille aut satis imper-

www.libtool.com.cn

fecte nobis servatus esse aestimabitur, aut ab ipso auctore aliam ad metam currente imperfecte relictus (cf. etiam ad v. 271. 437 libri de physonomiis Anecd. I, 183. 188). contra antidotarius ex omni parte limatus atque curatus apparet, qui etiam priorum opusculorum (de urinis versuum 352, de pulsibus v. 380) censorem agat pentametri licentiam urinarum olim metris inserti condemnans (ant. 2, 19), cum admittat consonantiam (velut ant. 4, 525 sqq. 541 sqq. 916 sqq.) et consulto neglectam in graecis nominibus syllabarum quantitatem excuset (ant. 4, 35—39). dudum autem abiecerat auctor commentarii proprii morem grammaticum, quem iuvenilibus illis dederat Adae disciplina, sicut dedit Alexandro Nequam isti et Iohanni postea de Garlandia, coniunctum nimirum Salernitanorum consuetudini et afforismorum medicorum, velut magistri Ursonis (de Calabria) qui ad ‘afforismos’ suos (ex phys. Ar.) ‘de naturis rerum’ (cod. Ampl. qu. 226. 230. Mon. 7971. Lond. Sloan. 75) scripsit ‘glosulas’ (eisdem verbotenus septem [vel octo] ‘inquirendis’[1]) incipientes ad Graecorum exemplum, quibus mag. Maurus ad aff. Hippocratis C. S. IV, 514 et Bernardus provincialis ad Tabulas (‘ab ore’ p. 293) Salerni C. S. V, 270 et mag. Egidius ad pulsus suos p. 26 Choul.

Ex tribus igitur codicibus saeculi XIV/XV et levis operae, ex Murriano scilicet (m), qui inscitia legendi, et ex Buxheimensi (b), qui arbitraria correctura peccat, ex fragmento denique Oxoniensi a Darembergio descripto (d) textum libri inediti de morbis editurus conscripsi per semestre hibernum a. 1894/95, nunc quoniam otium est relegi et praefatione hac indicibusque additis supplevi (a. 1905/06). novum autem praeter tria illa libelli exemplar nullum inveni. nam quod olim extabat in bibliotheca cartusiae

1) ... ‘In huius ergo libri principio ea etiam que in aliis libris vel in aliis operibus inquiruntur. inquiramus. videlicet que sit materia. que intencio. que causa intencionis. que utilitas. cui parti philosophie subponatur. quis ordo tractandi et quis titulus’ ... (cod. Ampl. qu. 226 m. s. XIII f. 6).

www.libtool.com.cn

Moguntinae (Sancti Michaelis) quo terrarum delatum : ignoratur. etenim cum huius bibliothecae male tractat reliquiis quae nunc sunt civitatis Moguntinae etiam nu servatur vetus catalogus scriptus saec. XV°, in quo refe tur sub numero 'O.IIII.T' (id est Tertii codicis ordi IIII, in medicina quam O littera significabat per I—X ordinem disposita) 'Viaticus Egidii de causis et signis m borum || palpebra' (v. 76). 'Compendium M. Salerni || Co pendium super tabulas M. Salerni. Antidotarius Nicola sic ipse Moguntiae enotavi a. 1887, sed prius iam codi huius Egidiani notitiam dederat Fr. Lor. Hoffmann apographo catalogi Cartusiani Uffenbachiano nunc Ha burgensi (Serapeum 1854 p. 319). numerantur aut sub O medicinae codices 58, quorum nunc 14 tantu habentur, qui cum tribus aliunde additis faciunt medic codices 17 catalogi quo nunc utuntur bibliothecae Mogu tinae (in universum exhibentis 651). sed neque in h catalogo nec iam in eo quo tamquam fonte (ut ess tertius) ipse conditus fuit post veterem (saeculi X altero, qui inscribitur 'Ordo collocandorum librorum m nuscriptorum in bibliotheca Cartusiae Moguntinae an MDCCXVIII' (no. 1—650), Egidianus ille liber compar nec idem est cum alterius cartusiae Buxheimensis lib qui eundem Viatici novum praebet titulum.

Codex Berlinensis lat. qu. 592 (foliorum 100) ex divers fasciculis, membranaceis quidem duobus (f. 1—16—3 duobus deinde chartaceis (f. 35—75—100), nec soli ligneo sed folii membranacei incerto tegumento antiquit in unum compactus, ut in primo folio notatur olim 'P. Cartusiensium in Buxheim' (prope Memmingam), medi scripta varia continet. in prima quidem parte membr nacea leguntur haec:

1. f. 1—26 'Thesaurus pauperum editus a . petro hyspano'. sequitur et forma et scriptura divers quaternio singularis, cuius sunt

2. f. 27—31b 'Tractatus de floribus dietaru (qui 'excerpti ex Dietis Ysaac' dicuntur in cod. Ampl

fol. 237, 9, non vero auctoris Arnoldi de Villanova, sicut ex ipsius Amplonii catalogo [p. 828 med. 72] saepe erroneo pro more suo utentibus multis pernicioso repetit Schum) et
www.libtool.com.cn

3. f. 31b—34b 'Liber vacce translatus a m. G. Cremonensi de arabico in latinum apud toletum. Epła am̄ filii abrahe nominati filius mocellaris de proprietatibus ad quendam consanguineum' . . . (cf. Steinschneider Hebr. Übss. p. 849. 706).

Sequitur pars chartacea, cuius primo folio (vacuo) inscribitur 'Hic habentur de medicina diversa. T. 10'. abscissum deest folium secundum cum initio versuum duobus columnis scriptorum

4. f. 36 ‖ 'Crebrius in levo sexu sub tempore brume' (v. 196) . . . (f. 44a1 'Incipit de febribus') usque ad f. 47b2 'Explicit viaticus egidii'. ubi subiungitur (vice prosaici apud Choulant. p. 158) breve librarii metricum prooemium hoc:

5. f. 47b2: 'Firma memoria fit metris . . . (cf. supra p. XI) (inc.) 'Res aloes lignum preciosa. sit hoc tibi signum'
. . . 'Thus quod clarescit candens contagia nescit'.
sequitur alterum prooemium hoc:
'Post simplas commendemus antidota mixta,
electuarium, laxans, ungens, opiatam.'
(inc.) 'Renes et reuma, lapis et caput, algida matrix
. . . inducit sompnum manibus pede tympore tactis.
Explicit egidius de simplis compositisque'
(ubi sic in Ampl. qu. 182 'Expliciunt versus magistri Egidii tam de cognitione specierum quam electuariorum virtutibus. medicinarum emplastrorum oleorum et unguentorum').

6. f. 48—67b 'Amphorismi Iohannis Damasceni filius Serapionis' cum insertis postea in fugam relicti vacui (alia partim manu f. 54b—57a eademque f. 70a—72a) miscellaneis variis medicis f. 54b—57b et f. 68 (70)—73.

7. f. 74 (al. m.) 'De moribus hominum' (sive de complexionibus secundum doctrinam magistri Alexandri eiusdem qui sequitur).

8. f. 82 'Mag. Alexander Hyspanus physicus egr gius de urinis' (exc.).

Subduntur varia (f. 84 b) 'De fluxu sanguinis in corpor — 'Contra febrem' — (f. 85 b) 'Observanda et vitanda in XI mensibus' — (f. 89) 'Virtutes herbarum'. postremo (f. 98-100) al. m. varia (med.) adscripta sunt, lingua vulgari ultim

Egidii (no. 4) primum folium (v. 1—195) restitu volumen Murrianum, duplicem habemus ultimam partem novo folio novoque titulo ('Incipit de febribus') separati scriptam, quam per se solam excerptam ('signa et cau febrium') repererat Daremberg in codice Oxoniensi ( bibliotheca M. L. Canonici Venetiis 1817 empto) nunc O Canonic. misc. 455 (ch. s. XV), cuius argumentum post plenius exposuit Coxe in Cat. Bibl. Bodl. Ox. t. III (1854

Codicem Gottingensem (Mülleri III, 31) a Wilhelm Meyer repertum et descriptum (v. supra) anno 189 Norimbergae emerat, qui et ipse postea descripsit a. 177 C. G. de Murr ex bibliotheca Godofredi Thomasii (Li siensis 1660—†1746), de qua in universum monuera Acta litteraria Lipsiensia anni 1747 (Neue Zeit. für g lehrte Sachen). catalogum quattuor tomis (I. II. III, 1. edidit G. W. Panzer (1765—1770) cum Appendicib (1772), ubi de libris manuscriptis (25 membr. et 25 chart.) p. 37—64. legitur sic p. 42: 'XXV. Theodos versiculi de pulsibus (sic! cf. W. Meyer l. c.). 2. Lib Egidii de urinis. 3. Liber de signis et sinthomatib egritudinum. 4. Vsus magistrales pro conservanda sanita 2 fl. 30 kr.' Iuxta ipsum initium voluminis legitur in ma gine 'Donum' (non 'Domini', ut legerat Murr) Iohann Hoppii Sindici Reipublicae Znoymensis 1584'. continent

1. 'Liber pulsuum Egidii'.

2. 'Liber de urinis Egidii'.

3. 'Liber de signis et sinthomatibus egritudinum' (q ad finem 'Explicit liber de signis et causis metrice').

4. 'Versus magistrales' (medicinales).

5. Item versus medicinales undique collecti (quoru primi sunt quinque inc. 'Mirabolanorum species su

quinque bonorum’ = Coll. De Renzi v. 1040—1045, qui etiam in cod. Buxh. post Io. Dam. aph. part. I — sequuntur Macri de herbis v. 2147—2149 etc. cf. W. Meyer l. c.).

6. ‘Iohannis Stephani’ (sic in gen. rubrica initii v. Meyer.) prosa de laxativis (cf. Ampl. fol. 236, 12. 275, 5. qu. 185, 9. 206, 3. 395, 15), cui praeponuntur iidem librarii versus qui Ricardo de repressivis in Ampl. fol. 275, 6.

Tres itaque codices hi carminis Egidiani
*b* = Buxheim. (Berl.), *m* = Murr. (Gotting.),
*d* = Oxon. sec. ed. Daremberg
habent versus 1—195 *m*, 196—1308 *b* et (om. 1232—1272) *m*, 1309—1918 *b*, 1919—2358 *b* et *d* (nisi quod *m* om. v. 998—1003. 1086. 1181 cf. de albis ad 1100. 1104 et de addito ante 850, *b* om. v. 890. 932. 1092. 1995. 2069. 2174. 2218. 2243/44, *d* om. 2066).

Berlini 28. Aug. 1906.

**Valentinus Rose.**

Postquam cum praefatione quam supra scripsi Egidii metra typis excepta sunt, crevit animus ut stabilita coniectura de Iohanne magistro medico eodemque cardinali Sabinensi alteram altera coniectura supplendo commendem quodam modo atque firmem. quis enim potest alius fuisse anonymus ille medicus saeculi vergentis duodecimi Salernitanus et Bartholomei ‘in physica facultate principis et singularis magistri’ (cod. Berl. qu. 255 f. 116b et ‘summi theorici’ cod. Amplon. 294 Schum p. 534) testis et assecla ‘magister cardinalis’, auctor ‘glosularum’ ad ‘articellae’ tunc vigentis medicae assuetum apparatum, qui de divisione libri aphorismorum agens in prologo Bartholomeum citat (quo sicut postea Petrus Hispanus in simili negotio Maurus quoque usus est C. S. IV 556 ‘vel Alices dicuntur’ etc. = Barth. cod. Berl. qu. 255 f. 85a2) idemque Aristotelis etiam cum Hippocrate amator, sicut Urso (qui ‘de anima’ opusculum composuit Alexandro papae tertio † 1181 cod. Ampl. fol. 335) — citat enim ut logica ‘philosophi’ etiam librum ‘Ar. de animalibus’

www.libtool.com.cn

(f. 53a2. 68b1) cum Avicenna (cf. Z. f. d. Alt. n. F. VI, 34 huius scilicet 'magistri cardinalis' nunc plane igı exemplaria feruntur satis antiqua (et saeculi XIII) Erl diae ex celeberrima bibliotheca mag. Amplonii de Be ad Iohannitii isagogam (qu. 181, 3. qu. 173, 9. qu. 295, et Tegni Galieni (qu. 181, 4 et post 173, 9), item Hippocratis aphorismos in cod. Paris. 6847 et Ba DIII. 16 in quibus subscriptione consonanti 'Explici glosule super afforismos secundum magistrum c dinalem'. codices quidem Amploniani minuto charact scripti saepe evanido, olim quidem anno 1855 a partim excerpti, visus nunc aciem debilitatam fugiı verum uti potui glosularum super aff. codice Basilie pessime quidem at grandiusculis litteris ab imperitissi librario exarato. quod ad Amplonianos, hoc tantum li monere in cod. qu. 178 (saec. XIV ab uno scriptore c dito et amplissima rubricatione ornato) Anonymi glosu collectaneas haberi ex Thadeo Bononiensi (= Florenti compositas cum glosulis Bartholomei et Ioannis ad ] gogam et ad Tegni, cum Cardinalis autem et Bartholoı ad Afforismos et Pronostica. ubi cum anonymus rubrica auctor (saeculi XIV, cum ipso Amplonio) Bartholomeum Brugis inferciat Aristotelis glosatorem saec. XIII/XIV (de dixi in Aristotele Pseudepigrapho Lips. 1863 p. 639. 64 notum scilicet pro ignoto eoque qui in libris omnibus sem careat cognomento, Iohannes quoque de Sancto Ama novus et notus auctor aeque Belga suspectus esse vide atque repeti eo nominato Ioannis nomen solum (eius scil. Cardinalis), ex quo cum Bartholomeo auctor Thade suppleverit. attamen haec codicum manuscriptorum accı tiore studio inquirant expediantque iuniores alii et valentio mihi autem, cum ad metam iam labor Egidianus properave gratiae agendae sunt Aemilio Iacobs mei et Musae an iuveni, qui gratiosa voluntate plagulas Teubnerianas a correctas semicaeco relegere sustinuit et confirmare.

Berlini 10. Martii 1907.

V. R

www.libtool.com.cn

# MAGISTRI EGIDII DE CORBOILO

# VIATICUS

## DE SIGNIS ET SINTHOMATIBUS

## EGRITUDINUM

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

Aude aliquid, mea Musa, novi, proscribe timorem,
ırcius arguti timeas censoris acumen
;que theonini morsus ad vulnera dentis
ɔqua mente feras. discas sufferre cachinnos.
ɔ trepida. quia mutus erit feritate remota
ıem saevire times. nec sit tibi gloria finis,
ıd prodesse rudi. nec vanae munera laudis
ɜnaris nec vis ederam tibi lambere vultum.
; prosis, non ut placeas, loca publica poscis.
Materiae gravitas tibi vires aggravat. inde
ɔes defecta tibi. sed quod non sufficis actu,
ffectu complere stude. nam sola voluntas
ıfficit ad meriti pretium, cum posse negatur.
. vere pro posse suo procedit in actum
ıculti torpedo stili, moderatius in te
ıeviet auditor, et parcet rodere livor
ɜnsans affectus. ergo succincta relega
ıgnitiem, torporem discute, promere pensa
ıid morbi signum, quae sint sinthomata cunctis
ɔpropriàta malis, et in hoc sit meta laboris.

---

1 *rubr*. Explicit liber de urinis edictus ab egidio. Incipit ber de signis et sinthomatibus egritudinum *m* || 3 *cf*. dente heonino *Horat. epist. I, 18, 82* || 4 cahinos *m* || 5 quia: que ɜ) *m* || 7 munera: uulnera (*sic*) *m* || 8 venaris: veneris *m* | uís edam *m* (*sc*. victricem *Hor. ep. I, 3, 25*) || 9 nō placeat *m*. ut) *m*
10 *rubr*. hic notat difficultatem operis *m* || 14 vere (?): uri (*in duobus pannis conglutinandis tres hic litterae detritae ınt*) || 15 Incultu *m* || 17 Pensans auditor (*male repet.*) affecıs *m*. rudi et inculto stilo contexta *excusat Pseudo-'gidius etiam in prol. pros. carminis de simplis compositisque* || ) apropriata *m*

Flegmatis insipidi sinthomata praedominan
haec tibi signa dabunt. sapor insipidus, faciei
pallens albedo, ventosa inflatio ventris
et laterum, dolor occipitis partisque sinistrae,
ad sompnos mens declivis, tardantis ad actum
artus segnities, renum pressura, vacillans
vis disgestivae, madidique infamia nasi,
tortio vel murmur stomachi, sputamina multa,
nausea, si repleat stomachum ructatio cruda,
mollities rari pulsus tardantis ad actum,
secessus fluidi, cum muscillagine mixta
cruda superfluitas, epatis substantia spissa,
sensus hebes, facies inflata, gravedo molestans,
sompnia vel fingunt imbres vel flumina fundunt.
Punctio, pruritus, salsedo tincta colore
prorsus citrino, mediocri spissa liquore
quatuor humorum faex, venae fortior ictus
pulsantis, sitis affectus, defectus edendi,
flegmatis haec salsi vim signant praedominanti
Crescentem promit dulcorem flegmatis oris
dulcedo, frontis gravitas, pulsus muliebris
mollities, quem confirmat violentior ictus
raro succedens, citrino tincta colore
spissior urinae substantia, vena tumescens.
Signat acetosum dominari flegma remissus
urinae pallor quodam moderamine pinguis,

21 *rubr*. Signa flegmatis habundantis XX *m*. *Ab h abundantia generati orditur item Io. de S. Paulo in b et (apud De Renzi C. S. IV, 419 cf. Verz. der Latein. I Kgl. Bibl. zu Berlin I, 370) Archimatheus (cf. etiam Versi cinales apud De Renzi C. S. V p. 56—58)* || 25 ad (act *m* || 27 madidique infamia: madidi infancia (*sic*) *m* || 28 tc.io (*atramento partim detrito*) *m* || 30 tartantis (*sic*) *m* (*ut 25*): ////ctum *m* || 31 muscillagine: *cf. ant. (de comp 3, 977* || 34 *cf. Schol. Sal. v. 1996 R.* (visio quoque aqu nocte *Io. de S. Paulo*)
35 *rubr*. Signa habundantis flegmatis salsi V *m*
40 *rubr*. Signa flegmatis habundantis dulcis *m*
45 *rubr*. acetosi flegmatis signa IX *m*

www.libtool.com.cn

delictum digestivae, sapor oris acescens,
ructatus crudi, pulsantis tardior ictus,
arteriae, splenis regio gravitate repleta,
segnities capitis, gravitas onerosa ciborum
exactiva fames stomachi quam suscitat algor.
Urinae tenuis substantia cruda colore,
ventosi stomachi dolor, indigestio renum
et coxae gravitas, motivos torpor ad actus,
ad pulsum tardans venarum motio, fallax
affectus stomachi quem noxia ducit in actum
frigiditas, stomacho dominans intrinsecus algor
sensibilis, crudi ructus, urina globosa
inferius, pallens facies, extrinseca laedens
frigiditas, escam comitans inflatio ventris
longa manens, vitrei vim flegmatis ista figurant.
Uberioris habent haec nuntia sanguinis esse
vena tumens, velox pulsus quem fortior ictus
inducit raro veniens, qui molliter instans
blanditur digitis, pinguedine spissa colore
citrino rutilans urina, rubor faciei,
faex stomachi fetore gravis, dulcedo palatum
delectans, frontis gravitas, fecunda rubore
vena oculi, crebro facies, rubicunda sopores
corpora commemorant et fulgura falsa figurant.
Os livens, acer sapor, indigestio, pondus

48 rutatus *m* || 50 honerosa *m*
52 *rubr.* vitrei flegmatis signa XIII *m* || 53 ventosus *m* || 56 quem: quā (*sic*) *m*
62 *rubr.* habundantis sanguinis signa X *m.* *cf. Io. de S. Paulo in breviario (f. 118) in proemio libri I* Si sanguis habundet, vene sunt plene, pulsus magnus velox et fortis, dulcedo oris, in sompnis rubea apparent et ex quibus anima letificatur, urina rubea et spissa. dieta precedens calida et humida. regio, etas, tempus anni et complexis si in idem conveniant, magis certificabunt || 63 quem: qd' (quod) *m. cf. v. 83* || 66 urina: nr̄i (*vel* ur̄i) *m* (*quasi* nostri). *cf.* urina rubea et spissa *Io. de S. P.* || 69 facies: faci ut *m* (*cf. Schol. Sal. v. 1956*) | sopores: -ris *m* (*cf. Schol. Sal. v. 1958.* in sompnis rubea apparent *Io. de S. P.*)
71 *rubr.* Melancolie habundantis signa sine febre XIIII *m*

coxarum, motus piger, oris sintesis, albens
et multum tenuis effusio, pulsus inepta
debilitate instans frequentior tempore sompni,
impetuosa fames, sompno repente morosa
palpebra, naturae parce secreta recludens
ventris ructatus crudi, suspectio mentis,
ista melancolicae tibi fient nuntia faecis.
Saevitiam signant colerae sapor oris amarus,
parcus in officio venter, tinnitus in aure,
nausea, crebra cibi fastidia, punctio mordax,
vultus citrinus, velox instantia pulsus
duri, quem crebro veniens determinat ictus,
plus dextra frons parte dolens, fumosus in ore
ructus, crebra sitis, oculus vigil, ardor habundans
quem stomachi pars dextra capit, citrina colore
et multum tenuis effusio. fervida laedunt,
frigora lenimen praestant, levitate volandi
sompnia membra movent vel cursu praepete pigra.
est sompni turbata quies vel murmure rivi,
ira frequens, pallens macies, marcentia membra,
inpetus et teneros oculos punctura molestans.
accumulant augentque fidem tempus locus aetas,
et minus ut dubites similes attende diaetas.
Affligens cephalea caput, si causa sit humor
sanguineus, plus sanguineis infestat in horis,
uberior frontis gravitas, subfusa rubore

72 oris sinthesis *m* (*i. e. syntexis, cf. v. 993*) = extenua (*Simon s. v.*) || 74 d. frequencior instans *m* || 76 ne (s supra) pce *m* v. 167) || 77 crudi (*sc.* ventris): cruda *m* (*cf. v. 48*) || 78 fe (*sic*) *m* (*cf. Schol. Sal. v. 2001*)

79 *rubr.* Signa colere habundantis sine febre XXIIII *n* 84 frons frote uł pte d. (*sic*) *m* (*cum duplici sc. lectione*) || sitis (c supra) olus ocl's vigil (*sic dupl. scr.*) *m* || 89 pigna *m* || 90 r *m* (*an* rivi? *cf. Hor. ep. I, 10, 21*) || 91 pallens: calens *m*

95 *rubr.* cephalee cause V. si de sanguine signa VIII *A capitis dolore incipit etiam Ioannes libro II cum Barth meo (C. S. IV, 372), Platearius autem a frenesi orditur* | cepha *cf.* cephalĕam *ant. 4, 543 etc.*

ferventi facies, turgescens sanguine vena,
urinae color intensus, substantia spissa.
dulcia mentitur sapor omnia, mollis in ictu
arteriae motus, calor incentiva doloris
www.libtool.com.cn
exacuit, munus confert leniminis algor.
Si caput infestat colerae furor, ardor habundat,
fervidus a nare vapor exit et aggravat aures
tinnitus, facies marcescit cerea, sompni
illecebras nescit oculus, sitit arida virga,
igneus urinae rutilat color attenuatam
praetendens faciem, pungit dolor, acrius instans
in dextram vergit partem, condempnat amarus
cuncta sapor, sumit gravitas ex caumate dampnum,
ex algore quies subrepit, praepete pulsu
duriter insurgit digitos dum vena repellit.
hic dolor aestatis comes est, et saevius instat,
cum colerae rabies motus sibi vendicat horam.
Flegmatis ex vitio veniens cephalea colorem
avertit vultus, in posteriore moratur
parte magis, turgent oculi, sapor inficit escas
insipidus, dolor infixivus detinet, albet
urinae pinguis substantia, fervida prosunt,
invitant morbum contraria, molliter instat
arteriae motus, sputo perfusa loquenti
lingua madet, vox est gravior. cum flegmatis hora
aera disponit, hiemali crebrius instat
tempore. materiam morbi nam bruma ministrat.
Humor si capitis quartus sit causa doloris,
aggravat et promit pondus grave, lividus oris
est color, incrudat pallens albedo colorem

98 venā *m* || 99 intensus: *cf. Barth. C. S. II, 139 (= I V, 372)* 'urina erit intensa et pinguis' || 101 incentiva (*neutr. pl.*) doloris *m* (*cf. de algore 192*). *differt v. 1497* || 103 *rubr.* Signa cephalee si ex colera signa XXV || 115 *rubr.* Signa cephalee ex flegmate XII *m* || 116 avertit: ac ůtit *m* || 123 instet *m* || 125 *rubr.* Si sit ex melancolia signa XII *m* || 126 agravat *m* || 127 incrudat: *cf. v. 52* | caͦlorē *m*

urinae tenuis, pulsus exterminat ictum
debilitas duri crebro venientis. in horis
aucta melancolicis infestat passio. laeva
www.libtool.com.cn
acrior est in parte dolor, sapor oris acescit,
invitus sompnos oculus capit, algor acumen
irritat morbi, calor extat causa salubris,
lippa labe madet oculus morboque ministrat
crebro materiam frigens autumpnus et horam.
Si dolor ex stomacho procedit, cedit ad horam.
si morbi causam caput abdit, continuata
passio continuum capitis docet esse dolorem.
Errantem tibi demonstrant haec signa frenesim.
si loquitur errore vagus, privata colore
urinae tenuis substantia, tegmina carpit
mobilitas manuum, vultus suprema lacessens,
instabiles oculi furibundo singula visu
perstringunt, retinent sompno pereunte perennes
excubias. nunc rixa loquax, nunc risus in ore,
nunc reboans clamor, nunc muta silentia, nunc pax,
nunc rabies. stratis non numquam prosilit aeger
ut quovis succinctus eat, febris ardor acutae
artus exurit. vis amplior insita membris
si quovis casu sompnus datur horrida promit
sompnia, crebro venit nec non cito praeterit ictus
arteriae, vultus rubet aut citrina recludit
naturam colerae facies, nigredo palatum
inficit, et linguae sermonis subtrahit usum
ariditas oris, quas non dat passio mentis
diffluit in lacrimas oculus, qui sorde madenti

131 acriorem (*pro* acrior ē) in p. *m* | acessit *m* ‖ 136 *ru* Signa utrum sit a stomacho vel a capite *m*. *cf. Io*. Si sit capite est continuus, si ex stomacho est interpolatus | ////// (*detrit.*) *m*

139 *rubr*. Signa frenesis XXIIII *m* ‖ 140 Sino loqu(. . *detrit.*) *m* ‖ 142 lacescens *m* ‖ 152 *cf. Io*. nigredo lingue, n tatio coloris cutis in citrinum si ex colera, vel in rubeum ex sanguine (*sic Io., non Plat.*) ‖ 154 lingam *m* | *sub f* *versus* (usum) *in marg*. fatetur *scr*. *m*

commaculat faciem, scintillant plena rubore
lumina            fervens in pectore cauma,
spiritus angustus falso suspiria promens.
In febre continua, colerae substantia putris
quam parit, exoritur. nonnumquam suscipit ortum
ex typica, synochique manet quandoque sequela.
rarius in laevo sexu crebroque virili
exoritur, summoque venit cum temporis aestu,
cum colerae motus augmastica provocat aetas.
Haec litargiae vitium tibi signa locuntur.
os pallens parce praetendens signa ruboris,
sompnus torpescens, quem si violentia pellit
absque mora didicit pede festinante redire,
motus membrorum deses, substantia pinguis
urinae crudo pallens effecta colore,
limosi dentes, invicta silentia linguae,
frigidus irrorans sudor caput, oris hiatus
claudere quod nescit mens inmemor, ore supino
expassi vultus, quos si violentia vertit
in latus, ad solitum converti scema laborant.
incumbit stratis aeger sua scemata mutans
ordine perverso, loca verticis occupat alte
planta pedis sublata situ. natura pudendi
inmemor officii sordes effundere cessat
quas anus retinet. solito plus more negatur
exitus urinae. febris inmansueta molestans
infirmum quae continuum conservat acumen.
tardans arteriae motus mollescit in ictu,

---

157 scintillat *m* || 158 lumina fervens (*sine lacuna*) *m* || 160 putris: pat$^{i}$s (patris) *m* | *rubr.* frenesis quandoque febrem continuam sequitur vel si non in qua egritudine fiat frenesis *m* || 165 aumastica *m*

166 *rubr.* Signa litargie XIIII *m* | loquntur *m* (*cf. v. 614*) || 167 parce: parte *m* (*cf. v. 76*) || 168 sompnis t. que si violenci p. *m* (*cf. v. 175*) || 172 *cf.* os limosum *Barth. in cod. Vrat. C. S. II, 107 (= IV, 376).* limositas lingue *Plat. ib. II, 106* || 174 quod: quos *m* (*cf. Const. viat. I, 14* neque meminerint os claudere) || 178 alte: alto *m* || 184 artarie *m* | molescit *m*

www.libtool.com.cn

si sit causa recens. sed si praescriptio longi
temporis exacuit morbi ferale flagellum,
aret lingua, tumet facies, et labia pallor
obnubit, nigrant ungues et concava fiunt
lumina, durescit pulsus qui parvus in ictu
sentitur, pes atque manus contracta rigorem
perdunt intensum, fit perniciosa bolismi
esuries, cervix frigens sudore madescit,
inferius labrum laxis loca mutat habenis
et tremor in membris praesaga lege vagatur.
mortem vicinam morbus senis imperat annis.
Crebrius in laevo sexu sub tempore brumae
promit emitritei conlusio facta minoris
hunc morbum, vel continuans putredinis horis
cottidiana febris, cum typus accidit algens
qua splenis regio protenditur, et color ater
egestas tingit faeces vomitumque colorat.
　Lege melancolicae conturbat mania pestis
humanum cerebrum, sed discretiva locorum
distinguit species. nam cellula prima nocivum
fumum suscipiens animalis praepedit actum
officii, lapsumque subit fantastica virtus.
laesa melancolicum producit cella secunda,

185 (*post* ictu) *rubr.* Signa inveterate litargie X p̄scripc̄o *m* (*cf. de med. comp. 4, 605* Quos firmat v praescriptio facta dierum . . . expugnat . . . morbos *sc.* tiri *praedictio, ut v. 366* || 188 ugues *m* || 189 lumina m durescit p. (*sic*) *m* || 190 rigore *m* || 191 ꝑdunt intc[illegible] tensum? *cf. 544*) fit *m* || 192 esuriens *m* || 194 l. vagatu //////at꙰ (-atur) *m* || 195 annis: ānos *m* || 196 *rubr.* in qu et qua specie veniat frequencius *m* | Crebrius: *ab hoc incipit (post primum abscissum) folium secundum cod. Bu* 197 co^c^lusio fc̄ā *m*: fc̄āq; calōē *b* (*qui om.* conlusio) horis *b*: horas *m* || 199 cottidiana *m*: continuata *b* || 200 ꝑtendit꙰ *m*: q̄ (quam) . . . p̄tēd^t^ *b* | ater *m*: ante *b*
　202 *rubr.* de mania et melancolie (*sic*) *m*, de diff manie et melancolie *b* | mānia *b*: inania (*sic*) *m* || 205 *m*: p̄dedit *b* || 206 officium (off'm) *b*

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

cum nutat rationis apex, discretio fallax
mentitur, cum succedens se subicit error.
Prodit utrumque malum, sine febris caumate, causa
multiplici. vini potus si cedat in usum
nec mensura regat, vel si fervore nigrescat
sanguis, vel colerae furor interiora calore
concremet, aut frigus algentes comprimat artus,
si biberit virus, vel sanguis flumine multo
erumpat vel si solitos deperdere discat
egressus, si mandragorae vel sucus edatur
iusquiami, si non capit oblectamina sompni
palpebra, si cerebro dominatur lima caloris
ariditas, si laesa caro livore nigrescit
dente canis rabidi, si drimifagia chymos
incendant, si corruptum spiracula sumant
aera, si mentem conturbat turbo timoris
aut irae rabies studii vel pena quieti,
vel si longa nimis solvant ieiunia corpus,
vel faba vel similis sit in usu grossior esca,
vel si conturbet animum pressura doloris.
Si sanguis causam dat morbi, versibus aeger
alludit vario vocem modulamine formans,
solvitur in risum mimorum gaudia falso

210 *rubr.* de causa manie et melancolie *b*, Manie et melancolie cause XXIIII *m* || 213 interiore *m* || 214 concremat *mb* | algēs cū 9primat *b* || 215 bib^r^it *m*: bibr̄ (bibitur) *b* || 216 erumpit *mb* | solidos *m* || 217 sucus *m*: succus *b* || 219 cerebro (cēb°) *b*: creb°*m* || 220 si lesa caro *m*: lesa si caro *b* | nigrescit *mb* (*ut* dominator — capit) || 221 dimifragia *m*, dimifrigia *b* | chimos *mb* || 222 incendant *m*: accendat *b* | sumant (sūāt) *b*: sumunt *m* || 223 si mentē *m*: sumtē *b* | conturbat (*sic*) *mb* | timoris (tiōris) *b*: tumoris *m* || 224 quieti: quietis *mb* || 225 solvunt (*sic*) *mb* || 226 *hunc versum post v. 227 sic addit m* Si faba vel similis . . . || 227 conturbat *b* (-bet *m*) || 228 *rubr.* Signa si sint ex sanguine mania et melancolia *b*, Si sit ex sanguine signa sex. p̄p. cā sit fri. et hu. *m* | causam dat *m*: dat causam *b* || 230 mimorum *b*: nuptorum *m*. *cf.* saltant *Plat.* (= letantur *cod. Vrat. C. S. II, 124*)

coniectans, urina rubet pinguedine spissa,
vena tumet, mollis pulsus velociter instat.
raro succedens sub verni temporis hora
crebrius infestat et in horis sanguinis instat.
Si colerae furor in causa est, rixatur et irae
asperitate furit, ferit et latrante susurro
usurpat canis officium quod morsibus implet.
gestibus hic gallum similat falsoque volatu
se mentitur avem, dum commovet aera palmis
brachia concutiens et solvens organa vocis
in cantus. effrena rapit manus arma. coloris
vultus citrini, macies exterminat artus.
praeterit insompnis nox atque dies sepelitur,
lux intus conclusa latet. velociter instat
arteriae motus, qui duro verbere cedens
inmutat digitum. rutilat citrino colore
urinae tenuis substantia. fervidus aestus
aestatis generat huius discrimina morbi,
et vigor et virtus maior diffusa per artus
viribus humanis maiores efficit actus.
hic vitio mentis delusus sacra deorum
testatur iuratque sibi dampni capitalis
advenisse malum, palpat quaeritque vaganti
occipitis suprema manu quae credit abesse.
hunc si corripiens monitis astringere temptes,
invenies animo factis sermone rebellem.
in venerem viget affectus, levitas facit artus

231 coniectans *b*: fomentans *m* || 232 mollis pu *Barth. in C. S. II, 126 (v. 2 ab inf. m. = IV, 376)* || 2 *b*: nervi *m* || 235 *rubr.* Signa si sint ex colera mani lancolia *b*, Si colera sit max̄. signa XVI *m* | in cā ē *m* *b* | ire *b*: ille patiens (*sic add., quasi ex marg.*) *m* || 23 *m* (īplet *b*) || 238 hic *m*: hiis *b*. *cf. Io.* Quidam extend ut cantent videntes gallum cantare (*non Plat.*) || 240 co *m*: concludens *b* || 243 sepelitur: *cf. v. 793* || 244 latet *m* || 253 q̄ritq; *m*: q̄cūq; *b* || 255 corripies *b* | astringere stringere *b* || 256 rebelle *b* || 257 in vēire *b*, in vetêm *m*: actus *b*

ad motus faciles, informat lingua loquelam
cursu praecipiti, visus disponit acumen.
horrores morbi colerae magis asperat hora.
hoc errore solet plus delirare iuventus.
Si colerae natura nigrae praestat rationis
offensam, maestae promens incommoda mentis
pendula tristatur facies, quas praevia causa
non generat lacrimas undanti flumine fundit
in luctum pronus oculus. suspecta voluntas
errores variat, hic prono vertice mundum
confirmat sufferre caput clausoque pugillo
machina ne mundi pereat divisa veretur
explosas gestare manus, hic promptus adimplet
quidquid praecipitur, mors huic exosa timorem
incutit ut quidquid videat contexere causam
mortis coniectet, hic fata novissima summo
expetit affectu gaudens habitare sepulcris
tristibus ut latitans hominum contagia vitet,
estimat hic fieri vas fictile dum fugit omnes
contactus hominum, saevis huic dictitat error
anguibus inpleri ventrem. plus postulat aequo
ambitiosa fames, oculis exosa fugatur
sompni blanda quies, torpentes efficit artus
segnities, pulsus duri tardique frequentes
inculcant ictus, os pallens livor obumbrat,
discolor et tenuis effusio, cessat ad horam
lingua loqui claustri taciturna silentia servans.
saepius hic error senii sexusque sinistri

www.libtool.com.cn

259 visus: visū *m*, vĭsu *b* || 260 horroris morbū *m*, erroris morbi *b* || 261 deplirare *m* || 262 *rubr*. Signa si sint ex melancolia mania et melancolia *b*, Si sit ex colera nigra signa XXI *m* | Si colere nigre natura parat rōnes offensa *b* || 264 pensula *b* || 268 pusillo *m* || 270 ꝑmt⁹ *b* | adimplet *m* (adinplet *b*) || 271 quicquid . . . (*deinde*) quidquid *m*, q̄q̄ *b* || 273 9iectꝫ *b*: cōnectet *m* | hic *m*: nunc (n̄c) *b* || 274 appetit *b* || 275 ut: et *mb* latitans *b*: lanians *m* | vitet *m*: vitat *b* || 276 *hoc et Io*. Quidam putant se esse vas de argilla factum et timent tangi ne rumpantur || 278 inpleri *m* (īpleri *b*) || 280 artus: actus *mb*

annos infestat, et passio fortior horis
mota melancolicis autumpni tempora servat.
Si morbi causam stomachus capit, ingruit illic
passio quae motu violento viscera turbat.
post escam stomachum gravat indigestio, morbus
lege loci cogente suos interpolat actus.
Si cerebro vicina latens occasio gignit
errores, caput infestat qui fixus ibidem
continuat tormenta dolor, nec devius error
cessat, nec ratio redit intercepta per horas.
His fit nota notis apoplexia passio maior.
destruitur virtus motiva, superstite solo
motu pulmonis, qui cordi debita solvit
aere spirato. tamen hoc vix munere gaudet
naturae virtus iam desponsata ruinae.
officium cessat sensus, nec lingua loquendo
interpres mentis animi secreta recludit,
nec rerum formas oculus rerumve colores
suscipit inpressos, nec pervia vocibus auris
dat verbis aditum, nec discretivus odorum
deservit sensus animae, nec lingua saporum
gustando species examinat, omnibus una
artubus unitis tactus vacat. obluit ora
spuma citae praesaga necis, conamine tractus
aer stertenti subigit spiramina nari.
terminat hoc cita meta malum. nam fata suprema

286 forcor *b*: forcius *m* || 287 autumpni *m*: augment
288 *rubr*. Signa si sint ex stomacho mania et melancol
Signa si sint ꝯ stomacho III *m* || 290 morbus *m*: morb:
292 *rubr*. Signa si sint in cerebro *b*, Signa si sint a ce
III *m* || 293 capit *m*
296 *rubr*. Signa maioris apoplexie *bm* | Hiis *b* | fit *l*
*m* | appopletica *b* || 299 munere *b*: murmure *m* || 304 auri
-res *b* || 305 dat *m*: *om*. *b* *qui* auditum || 306 sapoꝝ *b*: -ren
307 una *m*: unus *b* || 308 unitis: unitus *b*, virtus *m* | oblu
oblinit *m* || 309 necis m: uocis *b* | tractus *b*: tactus *m* ||
subigit: subicit *mb* | spiramina *m*: spiracula *b* || 311 h̄
(hec) *b* | scita *b*

www.libtool.com.cn

prima dies morbi vel triste secunda minatur
exitium, nec concedit lux tertia lucem.
Huius pena minor morbi minus inpedit actus
membrorum. sensus animae sua debita solvit,
inperfecta tamen, et liberiore meatu
spiritus oppresso pulmoni iura ministrat.
nec redit haec morbi species, nec more maligno
insultus iterat renovati pena flagelli,
nec sicut yeronoxa suas interpolat horas.
dum cessat semel, obruitur. nullas positura
insidias iterum vivendi prorogat horam
indutiis de more datis. stat passio fixa
per septem protensa dies et protrahit horas
ulterius, donec cessante causa resumat
virtutes natura suas. Haec dampna ministrat
excessus crapulae, vel balnea crebra liquentes
quae chymos reddunt, vel quae generantia morbos
otia corpus alunt. premit haec oppressio corpus
plectoricum. si materiam de sanguine sumit
passio, turgescunt venae, rubor occupat ora.
flegmatici si materiam dat copia chymi,
pallescit facies. et aquosae sordis ab ore
rivulus emanat, humor si quartus habundat.
illis inspectis intentio sedula signis

312 triste *m*: teste *b* || 313 nec *m*: neci *b* || 314 *rubr.* Signa (et cause *b*) minoris apoplexie *bm* || 315 solvit *m*: solvunt *b* || 316 inperfecta *m*: -te *b* || 318 nec *m*: $\overset{i}{n}$ (nisi) *b* || 319 in saltus *b* || 320 yero(a *m*)noxa *mb* *i. e.* sacra passio, *ut infra v. 342. Simon s.* iera, *Io. de S. Paulo pr. II, 6* et dicitur yeronoxon i. sacra passio (*f. 141b*). || 324 *al. Io.* interficit usque ad quintam diem (*om. Pl.*) || 326 *rubr.* Signa apoplexie III *m* (*om. b*). *cf. Io.* procedit autem hec valitudo his qui nimium vinum bibunt et qui sepe lavant et colunt caput et qui frequenter sudant || 328 $\overset{u}{g}$nancia *b*: guancia (gravancia) *m* || 330 *rubr.* Signa ex sanguine *m* (*om. b*) | plectoricum *mb*. *cf. Sim. s.* pletoricos plectoricus plenus repletus etc. || 333 *rubr.* Signa ex melancolia *m* (*om. b*) || 335 *rubr.* Signa previa apoplexie IIII *m* (*om. b*) || illius *mb* | intn̄cio *m*: ĩspeccō *b*

www.libtool.com.cn

proferat examen. plenam complexio quaevis
dat super hoc consulta fidem. praesaga minantur
talia signa malum, capitis vertigo, frequenter
caligans oculus, omnis diffusa per artus
segnities, praeter solitum mortis simulatrix
sincopis, occultos quae cordis sincopat actus.
His claret signis duplex sacra passio. maior
stirpitus extinguit sensus motusque per artus
mortificat. nares olfactu, lumina visu,
gustu lingua, manus tactu, vocalibus auris
est privata sonis. nam primos noxius humor
ventriculos cerebri prorsus replet. altera laedit
parcius ex parte naturae munera sensus
diminuens, quos non ex toto supprimit. auris
voces, res lingua sapidas, visusque colorum
naturas, palpanda manus, fragrantia nares
discernunt quocumque modo. sed noxia causa
in tribus est contenta locis, ut ducat in actum
tres morbi species. nam vertice clausa moratur
materies quandoque mali, vel noxius humor
in stomacho latitat, vel causa nociva remotis
partibus ingeritur. et trina voce notatur
haec triplex species. quibus est in vertice clausa
causa mali, caput his gravitas assueta molestat
et maior sensus tenet inperfectio. casum

www.libtool.com.cn

337 dat *b*: hic *m* || 341 sincopis (*m*, syncopis *b*) *ut sem* *medio aevo (cf. Sim. s. v.)*

342 *rubr*. Signa et cause maioris epilepsie *b*, Signa mai epilensie VII *m* | Hiis *mb* || 343 strepitus (*sic*) *b* || 344 offcū 345 auris *m*: aures *b* || 346 primos *b*: primus *m* || 347 *r* epilensie signa minoris VII *m* (*om. b*) || 348 ex parte: et pcit (p cit) *mb*. *cf. Io.* ex toto non sentiunt (*opp.* ea parte sentiun 349 auris *m*: aures *b* | *rubr*. analensia *in marg. m* || 350 *r* Cathalempsia *in marg. m* || 351 palpanda *m*: -do *b* || 354 *r* epilensia *m* || 355 *rubr. i. m.* analensia *m* || 356 *rubr. i.* cathalensia *m* || 358 *rubr*. Signa epilensie III *m* (*om. b*) || capud hiis *m*: capitis (capīs) *b* | asueta *m* (*cf. 442*) || 360 *m*: tenet sensus *b* | casum *m*: causam (cām) *b*

praecurrens signum non praedicat, arripit aegrum
passio furtiva. stomachum cum noxia morbi
causa replet, dolor accusat qui virus ibidem
allegat latitare mali. gravis esca molestat
officium digestivae, praenuntia signa
casum praescribunt, cum perniciosa movetur
materies, dum subrepit violentia fumi
sensibilis, qui serpendo suprema lacessit
sincipitis. si causa manens in parte remota
commovet hanc pestem, signum praenuntiat aegro
insultum morbi, dum repit causa nociva
corporis ad templum. semel haec completa retransit
passio, fallaces dum quodam iure maligno
insidias ponit, medio quia tempore cessans
mentitur requiem, sed post recidiva reformat
exitium subiti renovans discrimina morbi,
more febris se continuans. haec pena per horam
affligit, quandoque quater renovata per unum
multiplicat tormenta diem, quandoque nocivos
triplicat insultus, renovat quandoque ruinam,
nonnumquam semel infestat. Si sicca sit eius
materies, cum luna suis defectibus orbem
diminuit, cedit. si causa sit humida, lunae
cremento crescit morbus. cum plena sit eius

362 *rubr*. Signa analensie III *m* (*om b*) || 366 cāūm *m*: cam (causam) *b* || 367 surrepit *b* || 368 lacescit *m*, latescit *b* || 369 *rubr*. Signa cathalempsie I *m* | in parte remota *sc*. in extremitatibus ut in manibus vel pedibus *Plat*. || 371 *rubr*. *i*. *m*. Interpolata est *m* | rapit *m* | nociva *b*: nocivi *m* || 372 cataleptici casum praesentiunt quasi reptionem formicarum vel motum cuiusdam aurae ex materia sursum ascendente *Plat*. | ad templum *i*. ad cerebrum *Io*. || 373 quedam (q̄dā) *b* || 374 ponit *m*: posuit *b* || 375 post *m*: plus (pl's) *b* || 378 *rubr*. quandoque quidam rarius cadunt *m* | afligit *m*: affligi' (-gitur) *b* | unum *m*: anum *b* || 381 infestat *m*: insistit *b* || 382 de luna (*ex Galeno?*) *Const. pant. I, 22 unde et Io. de S. Paulo:* Ep. que fit in incremento lune, humidam, que in defectu, naturam (*al.* materiam) habet siccam (*aliter Plat.*) || 383 cedit: ledit *mb* (*cf. v. l. 708*)



www.libtool.com.cn

orbita, lex morbi motu redit orbiculari.
labitur hic in mense semel, duplicata ruina
illum subvertit, tribus hic a casibus extat
mensibus inmunis, illaesum quatuor illum
conservant menses, hic bis subcumbit in anno,
ille semel, variatque vices sic causa malorum.
si causam fluor informat, maturius instat
insultus replicans citiusque vacante priore
succedit pressura sequens. compacta moratur
materies stabilisque manet morbique refrenat
motum praecipitem, renovata pericula sero
instaurans, aliquisque malo manet usus in illo.
si sanguis sit causa mali vel flegma vel humor
quartus vel colera, sint signa tibi color oris,
aetas, urina, tempus, complexio, vita.
Gestibus haec variis deformat passio formam
informis. nam deformes hunc promere rictus
cogit et huic spasmus labrum detorquet ad aurem,
dentibus hic frendet, hic murmure pernicioso
intonat, hic stertit, tremor huius concitat ossa,
huic cervix distorta iacet. fluit huius ab ore
labra rigans spumosa lues, huic palpitat artus
nervis contractis et, quod pudet edere dictu,
quae retinere nequit invitus debita solvit
naturae, stomachi faeces regione reclusa
inferiore foras eliminat, effluit ima
humorum testis effusio. si senis annos

385 mot$^9$ (-tus) redit (red$^t$) *b*, motu ∂ ledit (*sic*) *m* || 386 in mense *m*: lune se *b* || 387 causibus *m* || 389 succumbit *m* || 391 *rubr.* De diversis sinthomatibus per accessionem subvenientibus *b*, quod quidam plus cadunt quidam minus *m* (*quod pertinet ad praecod.*) | maturius *m*: moderacius (mod'acius) *b* || 392 replicans *m*: -cat *b* | cicius (*om.* que) *m* || 394 materies *m*: -rie *b* | morbūque *b* || 397 *rubr. om. m*, Quare quidam plus cadunt *b* || 399 Etas urina complexio vita dieta (*sic*) *b*, *scil.* vita *i.* dieta (*Plat.*). *cf. v. 450* || 401 informi *b* | rictus *m*: ructus *b* || 402 et huic s. labrum *m*: et hunc s. labii *b* | aurem *m*: aures *b* || 404 huius *m*: huic *b* || 406 luens *m* || 408 que *m*: quod *b*

www.fibtool.com.cn

www.libtool.com.cn

inpetit haec pestis, spes sit cassata salutis.
si patitur puer, hunc absolvit grandior aetas,
cum faciem vestit lanugine summa iuventus.
Huic matrix inmunda malo quandoque ministrat
materiam, decocta sibi cum pabula sumit
embrio quae sanguis largitur menstruus, unde
exoritur virus. causam quandoque gulosa
esuries gignit vel membris esca nociva
vel potus nimius vel membris noxius aer
corruptus. transgressa modum dampnosa diana,
irarum stimulus, excessus frigoris, aestus
invitant morbum, loca publica, cena, theatrum,
fana, forum, choreae plausus, excelsa locorum.
Obnubit scotosis crebra caligine visum,
dum turbat vertigo caput. qui visa rotatu
asserit involvi, dum mens delusa moveri
aestimat in gyrum quae raptus praepete fumo
spiritus intitulat animae finesque figurat
explicitos. amplis dum tractibus aera sulcat
fumus in ascensu, muscas fantasma volantes
mentitur. tenues error contexere lanas
novit in hoc casu vel quas contexit aragne
corpore mutato telas dum stamina firmat
in trabe vel tigno. geminata visa figura

412 sit *m*: fit *b* || 413 patitur *b*: paciatur *m* || 415 *rubr.* cause epilepsie *b* (*vac. m*) || 417 embrio (*sic*) *mb* || 421 dyanæ (*scil.* e *ex* a *ips. corr.*) *m*, diane *b* (diana *i.* venatio) || 422 exg$^{s}$ssus *m* || 423 invitant *m*: irritant *b* || 424 fama *b*

425 *rubr.* de scothomia cause et earum signa *m*, De signis et causis scothomie *b*. *hic ubi deficit Platearius, sequitur Garipol. I, 4. cf. Io. de S. Paulo I, 5 (sec. Const. viat. I, 13)* || 426 qui (q$^{i}$) *m* (*scil.* visus): q$^{o}$ *b* || 428 ppete *b* || 429 animae finesque (*cf. antidotar. 4, 1337* ut rerum fines moderamine certo metiri nequeat animae delira potestae ...): aīe (animae) faciesque *m*, gyrum funesque *b* || 430 explicitos *b*: explicatos *m* || 433 casu: cāu *mb* | arg$^{o}$ne *m*, arane *b* || 435 tigno *m*: ligno *b*. *cf. Passion. I, 5 (Escol.)* et ea quae vident quasi duplicia sunt

visibus occurrunt. plus haec incommoda sentit
dum caput inclinat patiens vel in ardua figit
intuitum vel cum radios transmittit in amnem
praecipitem vel succinctis in ardua scandit
passibus. Includit stomachus quandoque nocivam
materiam nec continuat scotomia dolorem,
infestat stomachum gravitas assueta, locari
illic materiam digestio laesa fatetur.
aegra caput si causa replet, desistere nescit
passio, sed semper sub eodem fixa tenore
continuat penam capitisque offensa redundat
in sensus, capitis dolor ingens instat et illic
innuit includi causas, quas noxius humor
ostentat. tibi describet complexio tempus
aetas vita locus pulsus effusio vultus
hoc detrimentum naturae, parturit escae
grossities crapula digestio laesa nocivo
casu dediscens sua respiracula sanguis.
Si dolor infestans oculos ex sanguine sumit
principium, vehemens est passio, rivulus ora
irrorat lacrimis, quas inmutatio mentis
non promit, sed materiae natura fluentis.
os rubor assimilat oculis, expulsa tumescit
palpebra, turgescunt venae, dulcedine gustus
inficitur. morbi penas exasperat hora
sanguinis, in pingui color edit signa caloris
urina, pulsus mollis citus inpetuosus

www.fbtool.com.cn

436 occurrunt *m*: -rit *b* || 437 dum *m*: cum *b* || 438 ıanı
īanem *m* || 439 vel: vel cum (cū, c̄) *mb* | succinctus (-t⁹)
ardua *b*, succinctis edita *m* || 441 scothomia *mb* || 442 asueta
444 *rubr.* Signa si materia scothomie sit in cerebro *b* (*om.* ı
446 penas *m* || 447 capitis (capıs̄) *b*: capta *m* || 448 īcludi
qͣs *b*: īcludicans quis *m* || 449 ostendat *m* | describit *b* ||
respiracula *m*: receptacula *b* *cf. de ur. 306* sua respirac
nescit *cum versu infra 592*

454 *rubr.* Signa si dolor oculorum sit ex sanguine *b*,
scothomie causa sit sangnis *m* || 457 Nō *b*: Nam *m* || 459 ı
gescit *m* (-cūt *b*) || 461 calor ... calori *b*

www.libtool.com.cn

rarus. ad haec signa tibi sit habitudo diaetae.
Accusat coleram mordens pungensque doloris
scorpio puncturis acuum tormenta figurans
aut calidos cineres. fax ignea concremat orbes,
sicca lues oculos obducit, macra rigore
palpebra contrahitur, cerae color aemulus oris.
saevius insurgit colerae dolor auctus in horis.
igneus urinam tenuem tingit color, escas
exosas fallax reddit sapor, inpetuosum
velocem crebrum durum dat motio pulsum
arteriae. confert habitus speciesque diaetae.
frigidus exarmat aer calidusque dolores
incitat, oppositis pereunt contraria causis.
tertia vi colerae lux est exactio penae.
Flegmatis imperium monstrat mitis calor, oris
pallor, nocturnis afflictio maior in horis,
os tumidum, lippus oculis fluvius lacrimarum,
discolor et pinguis effusio, lingua saporis
nescia, femineus pulsus. fomesque doloris
algor, pars anni, crasis, locus, usus edendi.
Si niger est humor occasio, pena doloris
parcior est, livet facies ignara tumoris.
noxia vox in principio, viscata cohaeret
palpebra, faex tenuis humorum discolor. escas,

---

463 sunt habitudo dieta *m*. *cf. v. 473 etc.* || 464 *rubr.* Signa doloris oculorum ex colera *b*, Si causa sit de colera *m* Accusat *b*: //////cerat (*litterae initialis rubrica detrita*) *m* || 465 puncturis *b*: -ras *m* (dolor pungitivus ... quasi ex acubus factus *Plat.*) | figur(ant) *m*, -rat *b* || 468 9tc̃t9 (contractus) *b* || 469 auctus *b*: acutus *m* || 470 u. tingit tenuem *b* || 471 redit *m* || 473 habitū spēmq̧ *mb* || 474 coloris (? *detrit.*) *m* || 476 pene (? *detrit.*) *m*: plene *b* || 477 *rubr.* Signa doloris oculorum ex flegmate *b* (*om. m*) | color *b* (*m? detrit.*) || 478 nocturnis *etc.*: *hoc om. Plat., habet Const. II, 1* (in nocte inviscantur, humores nimii effluunt et ipsi sunt viscosi), *unde Ioannes II, 10 (f. 143 b)* Si ex frigidis sit humoribus, gravantur magis in nocte cum multitudine lacrimarum et lippitudine et retinositate (tenebrositate *Berl.*) oculorum || 484 ignata timoris *b*

potus mentitur acres sapor oris. ad ictum
debilis et durus, succedens crebro, morosus
pulsus. confirmant dubium fideique ministrant
ingressum species inspecti temporis, usus
vitae consultus, regio, complexio. penas
quarta dies replicat magis uberiusque molestat.
Humor, vermis, aqua, ventus, verruca, nocivus
aer, convectae sordes, contusio laedunt
auditum. si causa nocens sit noxius humor
aut aer, tempus vitam speciemque doloris
urinam vultum pulsus genus atque figuram
corporis attendas, quae consistentia prosit
aeris aut noceat. si vermis motus in aure,
sensibilis fragor inmensus, discursibus amplis
errabunda locum permutat passio. signat
laedentem laticem praecedens perfluus imber
balnea vel capitis ablutio, passio maior
in motu capitis vel cum depressa deorsum
submissa cervice dolens suspenditur auris.
pneumatosis nota tinnitus, dolet inscius uno
stare loco, validus inmoto vertice motus
interius. stomacho subrepens causa dolorem
sincopat, in capite latitans occasio penam
continuat. verruca, lues limosa doloris
nescia diminuit auditus, huic tibi fiat
ex visu manifesta fides. contusio fedam
emittit saniem, tumidam dum sublevat aurem.

www.libtool.com.cn

487 adictū *b*: adulter *m* || 489 confirmat . . . ministrat *b* || 490 tēmpis *m*, tp̄is *b*

493 *rubr*. De doloris aurium signis et causis *b*, de diminucione (*ut Const*. 2, 7) auditus cause VIII cum signis *m* H. aqua ventus vermis *b* || 494 *inde ab hoc versu (494) in extremo volumine usu adeo detritus est m ut sine ope codicis b legi omnino non potuisset* convecte *m*: collecte *b* || 500 īmēsis *b*, -sus (?) *m* || 502 p̄cedens *b*: p̄cedens *m* || 507 stare *m*: stāte *b* || 508 subrepens *m* (surrepens *b*) || 510 Si vero alique cecidit aut caro superflua vel verruca. atque sordes de superfluis humoribus insunt orte. in propatulo videntur *Io. de S. P. (f. 137)* || 511 hīc *b* (*m*? *detrit.*)

www.libtool.com.cn

Fit dolor his dentis, humoribus aere potu
verbere verme fame dape. parturiente dolorem
sanguine vel colera dolor est gravis, aggravat ille,
hic pungit. rubet huic facies gravidata dolore
in tactu mollis, huic indurata rigescit,
assimilat tacto. ver hunc, hanc excitat aestas,
illa die media, magis hic in mane molestat.
huic exit tenuis, huic inspissatur, utrique
tincta manens faex humorum. pulsum muliebrem
sanguinis, et colerae reddit natura virilem,
crebrius hanc iuvenis et quam complexio firmat
consimilis patitur, dolet illo plus adolescens.
multiplicant sibi conveniens utramque diaeta
atque locus causam. calor officit, expedit algor
sensibilis. facit illa sitim, sputamina sanguis.
Flegma notant facies pulsus urina diaeta
hora dolor corpus — pallens, muliebris, aquosa
turbida, consimilis, hiemalis, nocte molestans
lentus, flegmaticum. mollis maxilla tumescens,
ubertas sputi fluidi. contrarius algor,
cauma iuvans. regio, sexus. Si terreus humor
offendit, dolor est cum sera crepuscula lucem
obfuscant, acuitque stilum cum tempora fructus

---

514 *rubr.* De doloris dentium signis et causis *b*, doloris dentium cause VI cum signis *m* | potu *m*: potis *b* || 519 *initium versus in suprema folii recisi parte mutilatum sic videtur habere b* | ... milat acto uena huic. *contra m sic* affimil ... ver h'c | hanc (excitat) *b* (*m*?) | hunc, hanc: *cf. Vindic. p. 487, 3* sanguis crescit verno tempore ... cholera rubea aestate || 520 illa ... hic (*sic*) *mb*. *cf. Vind. p. 487, 11* | media *m*: medio *b* | hic *mb* || 521 utrique *m* (?): uterque *b* || 526 multiplicat *m* (?): -cans *b* | dietā *b* || 527 officit: efficit *mb* || 528 sputamina *m* (?): sūpti mine *b* || 529 *rubr.* Signa si dolor dentium sit ex flegmate *bm*. *NB. substantivorum enumerationi correspondet eodem ordine series adiectivorum Facies pallens, pulsus muliebris, urina aquosa turbida, diaeta consimilis, hora hiemalis etc. (ut saepe apud poetas medii aevi)* || 531 yemalis *b* || 536 obfuscant *m* (offuscant *b*) | fructū *b*. *hoc versu terminatur anterior facies voluminis m nunc revolvendi, ex altera tamen hac parte aeque detriti*

producunt infirma novos, fragilemque senectam
crebrius hic laedit occasio. durus inermis
pulsus, livescens facies, urina coloris
nescia quam tenuis signat substantia crudam,
ista melancolicis. specialis causa gravamen
approperat, minuit fluxum sputaminis acri
arida materies, modico maxilla tumore
erigitur, quam durities intensa vigentem
efficit. algor obest, confert calor. inspice sexum,
naturam scrutare loci legemque diaetae.
Si cibus aut aer potusve doloris origo
extiterit, simplex facies ignara tumoris
mercatur causam similem confessa dolorem.
res auget causae similis, res dissona morbum
diminuit. super his prodest consulta diaeta
et locus et tempus, demum confessio fida
infirmi. si defectus sit causa ciborum,
squalida marcescit facies, quae macra seniles
in rugas trahitur, dependet follis ad instar
laxa cutis. venit hoc crebro sinthoma sequela
febris continuae, vel per ieiunia longa
corpore consumpto. concussio signa relinquit
exterius, nam terrestri livore notari
causa nociva potest, vel subportante tumorem
maxilla, quem producit circumfluus humor.
vermes insinuat enorme doloris acumen,
pruritus mordax, spatiosa foramina dentis
et caro corrosa manansque lues saniosa.
  Fetidus oris odor causam quandoque recondit
in stomacho, dape qui sumpta ieiunia solvens

---

538 ledit *m* (-d[t]) *b* || 541 spāl' cā *b* (? *m*) || 542 appat *b* (apperat ? *m*) || 545 sextū *b* (*m* ? *detrit.*) || 546 loci: loca *b* (? *m*) *cf.* natura localis 714 || 549 mcat[s] *b* (? *m*) || 554 sqlida [a] *b*: gollida (*sic?*) *m* || 558 concussio *m*: confusio *b* || 560 subptante *m* (sb'por- *b*)

565 *rubr.* De fetoris oris signis et causis si sit ex stomacho *b*, De fetore oris cause et signa *m*

alliat et velat vitium, redimitque reatum
t culpam dum suscepta mendicat ab esca
ıunus aromaticum. quod dum ieiunia servat
mittit. pulmo flatus quandoque recondit
xosos, quem corruptum substantia putris
eddit continuans fedo spiramine fumos
aribus exosos, nec sumpta remedia praestat
sca. notam fidei thoracis laeva dolore
ars oppressa dabit. causam fetoris habentes
ingivas digitus iudex examinat ori
nmissus, qui si fetoris signa reportat
aribus applicitus, illic latitare fatetur
nateriam visuque potest res vera notari.
  Naribus erumpens sanguis quandoque salutis
ıuntius est, cum naturae devicta resurgens
irtus in morbo causa subeunte triumphat,
ıltima cum morbum crisis sententia dampnat.
saepe mali gestat titulum dampnumque minatur
naturae. nam fundit eum nunc vase repleto
copia luxurians, cum victa gravamine multo
iura retentivae virtutis debita perdunt
officii. tunc plectoricum tibi lucida corpus
signa dabit, quae confirmat complexio lege

www.libtool.com.cn

---

571 putrix *mb* || 572 feto *m* || 576 *de digito immisso (ex Const. viat. II, 24) Ioannes II, 18 (non Plat.)*: Si digiti fricati in gingivis fetent de vitio est (sinthoma est *Darmst.*) gingivarum vel dentium. Aliter putor erit de vitio stomachi. *planius (ex Const.) Bartholomeus in practica (C. S. II, 174 = IV, 381)* cognoscitur ex fricatis supra digitis et deinde naribus admotis, quibus fetentibus ex gingivis constat esse fetorem. *itaque ex Barth. Egidius* || 578 applicatus *m* || 579 visu pt̄ res illa *b*

580 *rubr.* De sanguinis narium fluxus signis et causis *b*, De fluxu sanguinis e nariıus *m* *(in quo initia versuum seqq. maculata latescunt)*. interdum vi nature ... salutaris *etc. Io. II, 15* | erūpens *m*: eruptis *b* || 581 natura *b* (nͣ) || 582 morbo cā *b*: morbi cāūm *m* || 585 eum: *om. m* | nc̄ (nunc) v. repleto *m*: nō v. represso *b* || 586 cū uicta grauamīe multo *m*: 9iūcta (coniuncta) gravedine multo (*sic*) *b*

sanguinis inscripta nec non natura locorum
temporis aetatis vitae. vel menstrua cursus
consueti spretis canalibus, aut minuentis
pigra manus per quam detractio sera nocivas
indutias sumpsit, vel vena pericula praestans
inferius solito fluxu cessante, meatu
sanguinis obstruso. teneras nunc surgit acumen
sanguinis in venas, qui nota repagula rumpens
adiutus colerae stimulo venaque soluta
emicat in medium. corpus locus hora iuventus
vita fidem firmant et sanguinis igneus ardor
pungentis nares, et mendicata coloris
effigies crocei vel, res aspectibus apta,
herbarum pictura viror. Si splene repleto
ad nares repit humoris copia, citri
hunc color informat, fluxus de nare sinistra
plenior erumpit et eadem parte dolores
infestant quandoque latus. si sanguinis undas
ad nares transmittit epar, pars dextra doloris
punctura quatitur et naris dextra fluentis
alveus efficitur chymi. puroque colore
praeditus elucet sanguis, si frigidus aer
venam corrugans dissolvit sanguinis aedes.
consultum super hoc tempus vel discolor oris
effigies fidei manifestae signa locuntur.

Obstruit atque replet nares humore nocivo
passio c o r y z a e, qua discretivus odorum

www.libtool.com.cn

591 vel m. *etc.*: *sic mb* (*scil.* fundit *v. 585*) || 593 se
seua *mb* || 594 prāns *b*, p̄rans *m* || 595 interius *m* | sc
*om. m* || 596 *cf. Io. l. c.* aut ex plenitudine sanguinis (*v. 58*
aut ex acumine eius (*v. 596—603 cf. Plat.*) || 597 repacı
600 ꝛ (et) *m*: a(sang'is) *b* || 601 medicata coloris *m*, m̄dic
loris *b* || 602 c͏ͦcei *m*: c͏ͦi *b* | 9sp͏ͨtibꝫ *b* || 604 citri *b*: teteı
*cf. Plat.* || 605 hūc *m*: n̄c (nunc) *b* | informāt *b* || 609 q͏ͧ
q̄rit (queritur) *m* || 612 edes *mb* || 614 loquntur *m*
615 *rubr.* De corize signis causis et speciebus *b*, De
causa cum signis *m* (*om. Plat.*) || 616 corize *b*

laeditur olfactus nec flatum turgida naris
aeris admittit, sed hiantis perficit oris
officium quae non complent spiramina nares,
et naris delicta vicarius oris hiatus
defectum supplens redimit. pluit imbre frequenti
in lacrimas stillans oculus, sinthomatis index
crebra movens cerebrum fit sternutatio, stilla
naribus emanat laticis quae limpidi oris
aemula continuat subtili reumate fluxum.
Si calor in causa est, rubet os, color aemulus auri
urinae rutilat quam grana minuta colorant,
exurit nares vapor igneus atque nocivus
egrediens humor pungenti caumate carnem
excoriat. super hoc dubium proscribere possunt
tempora vita locus complexio. sanguis habundans
vasa tumere facit, oculos ardore ruboris
infundit, linguam reficit dulcore. rubentem
inpinguat sanguis faecem, succingit ad ictum
arteriam mollem. sitis, arens vultus, amarum
os, tenuis faex ignea sanguinis, inpiger ictus
arteriae durae coleram saevire fatentur.
Si cerebrum molle constringit noxius algor
coryzam generans, facies, urina minuta
sursum grana ferens est discolor, edit inermem
arteriae motus pulsum, qui defluit humor
sensibili frigdore nocet. si flegma liquescit,
mollificat pulsum, quem dat vesica liquorem
inpinguat, gustus aqueus sapor inficit. humor

618 yantis *b* || 620 et delicta naris *b* | yatus *b* || 621 imbre *m*: orbe *b* || 623 crebre *b* | stilla: *cf. Const. 2, 14 (ex quo Io.)* | 626 calor (. . . 638 algor): *cf. Barth. C. S. II, 109 et Petr. IV, 294* (quandoque ex frigidis, quandoque ex calidis) || 632 v. tumescere dat *b* || 633 dulcore *m*: dulcedo *b* || 634 inpingat *m* || 635 arteria *b* || 636 f. ignea sanguinis inpig^v (īpigit *b*) ictus *mb* || 639 corizā *b* || 640 īhermē *m* || 641 artie *b*: arde *m* | qui defluit *m*: quem destruit *b* || 642 sensibilis *b* | fricdore *m* | fleuma *m*: fla^s *b* || 644 inpingat *m*

www.libtool.com.cn

terreus obdurat pulsus, acredine linguam
obducit, tenues urinas efficit. aetas
hora diaeta locus et complexiva potestas
et nocturna magis invitans hora dolorem,
haec tibi lucidius poterunt describere causam.
  Squinantis species tres humor lapsus ad ysı
procreat. in prima replet ysmon tota nociva
materies, nec signa mali testantur adesse
perniciem, nec testis adest tumor, immo doloris
praedicat inmunem non inmutata figura
nec color adversus. humanae subtrahit aegro
officium vocis et fandi denegat usum
passio, dum nutu claustrali more figurat
conceptum mentis et linguae iura silentis
usurpat digitus. cervix stat nescia flecti,
pectoris angusto motu tractuque moroso
cordis ad officium flatus qui caumatis aestum
castiget trahitur, nec pertransire ciborum
pabula nec potu refici violentia morbi
permittit nec sugendo sorbere salivam.
ultima fata dies primus vel triste secundus
provocat exitium vel tertia terminat aegri
supplicium vel quarta necis determinat horam.
Altera squinantis species in parte recondit
intus materiam, pars exteriore locatur
parte gulae semivacuae, conceditur ysmo

www.libtool.com.cn

647 et complexiva p. *m*: et complexio consuetudo
650 *rubr*. De squinancie causis et signis *b*, de saᵹ cause cum signis *m*. *in textu* squinantis, *ut* sincopis cope. quinantia, squinantia, sinantia *Plat*. *(trina sp rectius in cod. Vrat. C. S. II, 201 quam in edito*, ı nantia, sinantia, squinantia) | Squinanci *m*, -antis *b* (*ἰσθμόν*) *mb* = *fauces (ex Plat.)* || 653 Spniciem *m* || 654 *m*: nec ($\overset{c}{n}$) *b* || 655 color: dolor *mb* (*sed dolor est acı teste Plat.*) || 657 nutu *b*: muti *m* || 658 et *m*: cum castigat *b* || 664 suggendo *mb* || 665 fcā (facta) *b* || 6 de altera specie *m* (*om. b*) | squinantis *mb* (ſ$\overset{i}{q}$nātis *u b*) || 670 gule *m*: gula *b* | semivacua *mb* | conceditur

era spirandi libertas maior et usus
ermonis licet exilis. fomenta ciborum
et potus quocumque modo natura misella
in stomachum transferre potest. discrimina morbi
sit licet exiguus tumor innuit et dolor aegrum
parcior infestat. crebro medicamina prosunt,
vix tamen absolvit, vix artis liberat aegrum
sedulitas physicae, quin iura novissima solvat
naturae. Species inmunem tertia prorsus
smon conservat, dum causa nociva locatur
xterius. sermo portatur liberiore
urriculo, cibus ingrediens potusve subintrans
ffensam nescit, consueto pulmo meatu
ioraci solita sub libertate ministrat
ra quem reicit iterum, tumor occupat amplis
actibus et longo transcurrit limite collum
nsibus expositus. minus haec metuenda veretur
magis est species spe confirmata salutis.
ateriam calidam signant urina colore
nea, robusti velox instantia pulsus,
sultu maiore dolor letale gravamen
acuens. si causa mali sit materialis
nguinis ubertas, sapor est acceptus in ore,
via fit radiis effusio turbida, vultus
um vena turgente rubet, sub mollitiei
landitiis tactum pulsus demulcet habundans.
rigat ora fluor, locus in quo laesio levis
actibus occurrit. colerae comes est sitis, oris
qualiditas, tenuis effusio, gustus amarus,
pulsus durities, asper locus unde doloris
xoritur stimulus, croceus color. algidus humor

---

onditur ysmo *m* || 675 timor *b* || 678 phisice *mb* || 679 tertia: *ue dicitur sinancia sec. Plat. (non quinancia, ut prima) in oll. Sal. II, 201* || 680 loquatur *m* || 685 reicit *m*: reficit *b* | mor *m*: mīor (minor) *b* || 686 tractatibus *m* || 687 ūet² *b* || 1 insultu *b*: insulcit *m* || 696 blandiciis tactū *m*: bland'r ctu *b* || 697 irrigat *m*: inrogat *b* | lenis *m*

www.fibtool.com.cn

collectus cohibet venae pulsatilis ictum,
subtrahit urinae formam nimiumque coloris,
deformat vultum minuens ignita ruboris
signa, locum signans pallente colore dolentem.
humores aqueos morbum generare fatetur
pulsus mollities, pinguis faex sanguinis, oris
insipidi gustus, locus in quo laesio cedens
tactibus atque dolor deses. rarissima causa
terreus est humor, tamen acri mente require
quae nota quae signet hanc circumstantia causam.
omnibus his causis confert quae vita, quis insit
sexus, quod tempus, quae sit complexio, quae pars
aetatis vel quid possit natura localis.
Signat emoptoicam sanguis commercia signans
cum sputo. qua, venarum compage soluta,
triplex emergit casus. nam vasa relaxat
humor anastomasim faciens, nec signa doloris
exponunt quo vena loco laxata fluenta
sanguinis emittat, puroque colore retento
sanguis pus nescit. calor ingens, motus habundans.
hanc humor causam generat. sociat sibi ptisis
rupturam, per quam deperdunt vascula rupta
pabula membrorum. describunt signa soluto
continuo quo vena loco sit rupta, doloris
iudicio praestante fidem. substantia pura

www.fbtool.com.cn

702 pulsatis *m* || 703 nimiūque *b*: minimūque *m* || ' cedens *b*: ledens *m* || 709 rarissima: numquam ex melanc( *Plat.*, ex melancolia vero fere numquam *Io.* || 710 tñ *b*: (tam) *m* || 711 que *etc.* *m*: et nota que signāt hec (ħ) circu stancia causam *b*

715 *rubr.* De emoptoys causis et signis et speciebus *b*, emothoica passione *m* | emothoycam *m*, emoptoycū *b* | sign *m*: fluxus *b* || 716 qua: quam *mb* (q̄ *b*, quā *m*) || 717 caūl (*eodem compendio infra v. 728*). *cf.* *Io.* generaliter tan triplex est causa || 718 anastomasim (*sic*) *mb* (*cf.* *Alex. Sim. s. v.*) || 720 e$^{t}$mtat *mb* || 721 calor *b*: color *m* || 722 pt *b*: rixas *m* || 723 depdūt *b*: dependent *m*

sanguinis ignara tabidi ruit ubere fluxu.
praevenit exterior casus, clamor, labor, ictus,
sarcina, lucta, ruina levis saltus, venus usu
noxia multiplici, cursus, non molle cubile.
frigidus aut siccus aer quandoque periclum
provocat. interior occasio vel furor irae
vel studium vel amor, vel salsi flegmatis ardor,
vel colerae stimulus quam vini gignit acumen,
vel cibus incendens humores allia porrum
cepe piper, vel thoraci contraria tussis
sanguinis irritat fluxum, corrosio venae
diabrosim faciens, quam procreat humor acutus,
et dolor insinuat ubi fiat laesio. sanguis
inpurus saniem portat tabeque repletus
et lue fedatus venarum praedicat ulcus.
sanguinis hic rivus diversis corporis ortus
partibus orditur. fit fluxus huius origo
pectus pulmo caput guttur fauces diafragma
splen stomachus epar et gingiva meri kilis. edit
vulnera pulmonis spumosus sanguis, anhela
eductus tussi, laevae submissa mamillae
causa mali sensu discernitur, orbicularis
et velut insculptus sputo de sanguine nascens
anulus apparet, propriae quem laesa sigillo
informat formae similique numismate sputum
inscribit trachea. stomachi iactura notatur
sanguineo vomitu vel sputo simplice tussis

www.libtool.com.cn

727 tabidi *b*: tabi *m* | ubere (ub[s]e) *m*: obice *b* || 729 sarcia ructa *m* || 735 allia *b*, allea *m* || 736 cepe (*sic*) *mb* | t[h]oraci *b*: choraſ *m* || 738 dyabrosim *b* (*ut infra v. 1467*) || 740 inpurus *m*: inpuram *b* | tabe: tabo *mb* || 741 fedatur *m* || 742 diversis predicat (*hoc ex v. praeced.*) ortum Partibus orditur *m*, diversi corporis ortus Partibus orditur *b* || 744 dyafragma *mb* || 745 meri kilis *m*, mery kilus *b* || 747 educt9 *b*: Est ductus *m* | maĩlle *b*: m̄gille *m* || 748 disc[s]nit[2] *b*: disc[i]m̄ (discrimen) *m* || 750 annulus *b* | q̄ *b*: quā *m*

motu cessante. dulcem gingiva saporem
continuat linguaeque solent concedere fauces
munus idem, signum fidei praestante tumore
si fluit hinc sanguis. thorax diafragma doloris
iudicio loca laesa docent, et concomitatur
tussiculam sanguis. ysophagi laesio leni
fluxu quem tussis non evocat intitulatur,
et cibus ingrediens potusque doloris acumen
instaurans facit inde fidem. splen sanguine grosso
et lateris laevi vulnus profitente dolore
noscitur offendi. kilis edit vulnera laesae
spina dolens. epatis dampnum pars dextra dolore
infestata docet, et purus sanguis inundans.
si capitis sanguis laesi sit nuntius, assunt
signa dolor tenuis, pruritus factus in uva
dum fluit inferius serpendo sanguis ad instar
vermiculi verrens sulcato tramite guttur.
haustus aquae quandoque sitim dum placat avaram,
gignit emoptoicam. nam cum sitis arida quemvis
absorbet laticem, latitans illabitur intro
non missura gulam nisi plena cruoris hirudo.
Hostem naturae promunt non simplice causa
ulcera pulmonis ptisim. conamine quovis
exoritur, veneris usu, sudore palestrae,
saltu praecipiti, pressura ponderis, alti
clamoris tonitru, conflictibus, imbre catarri,
angusto motu, studiis, muliebribus intus
obstrusis vel emorroydis, cum stilla pudendi

---

756 tumorem *m* || 757 fluit *b*: fluat *m* || 758 concontur *m* || 759 *cf. s.* isofagus *Simon* (οἰσοφάγος) || 760 q̄ *b* *m* || 763 levi vultus *b*, dextri vulnus *m* | prostrante *m*

inhundans *m* || 768 in uva (īvna *sic*) *b*: *om. m* || 770 vⁱren vētris *b* || 771 auarā *m*: ama2ꝫ (-rum) *b* || 774 non missu sonmissura (*sic*) *m* | gulam *b*: eutem *m* | hyrudo *m*, yr
775 *rubr.* De ptisis causis et signis et speciebus *b*, De

*m* || 776 ptisim: ptisis *b*, tussim *m* || 777 uⁱnis *m* (*pro* venⁱ 778 p̄cipito *b* || 780 angusta *m* | studii *m*

www.libtool.com.cn

imbris abest, colerae furiis et flegmate salso
sanguine subtracto membris cum squalida macros
destruit ariditas artus, empimate longo
vi cronici morbi. cadit hunc effrena iuventus
crebrius in pestem, spreto moderamine motus
ardua dum quaevis temptat temeraria virtus.
describunt morbi sinthomata noxia tussis,
lenta febris, squalens macies, rubor oris, acumen
extremae naris, horrendus anhelitus, ungues
contracti, spatulae dolor et pressura sinistrae,
sputamen nunc sanguineum nunc signa viroris
portans nunc croceum nunc livens, luce sepulta
inclusus latitans oculus. mortale minatur
exitium fluxus ventris, coma fomite fumi
deficiente fluens. sputum carbone solutum
succenso fetente gravem facit aera fumo.
a sputo sanies discernitur, illud in amne
enatat, hoc fundum petit et pinguedine quadam
inpinguat laticem quam febris cauma resolvit.
  Efficit empicos saniosus pulmo resolvens
pus mixtum sputo, proditque empima catarro,

782 abest *b*: adē *m* (*cf. v. 899*) || 783 squalida *m*: calida *b* || 785 vi *b*: ɫ (vel) *m* || 792 nitoris *b* | *de sputo cf. Barth. in pleuresi (C. S. II, 225 = IV, 384)* || 794 *sic Io. de S. Paulo (non Plat.)*: Solet autem in ptisicis fluxus ventris (*cf. Const. 3, 7*) et capillorum esse signum mortis et ut dicit ypocrates. si quidem ⟨quod?⟩ expuunt. grave fetet supra carbones effusum et pili a capite defluunt mortale est (*cf. Barth.* sputum fetidum si super carbones infunditur . . . in fine etiam morbi cadunt capilli). differentia autem, utrum sit sanies vel flegma quod per os eicitur, hec est. si ponendo in vas plenum aqua per unius hore spatium in fundum descenderit, sanies erit, sin autem, flegma (*cf. Barth.* si sputum in pelvi vel in vase aliquo in nocte recipiatur et mane aqua calida supereffundatur, apparet in superficie aque quasi quedam crassities, in fundo putredine remanente) || 796 flūens *b*: nitens *m* || 797 fetente *b*: fomente *m*

801 *rubr*. De empimatis causis et signis et speciebus *b*, de empimathe *m* | empicos *b* (*sic medici omnes Plat., Barth., Io. etc.*): empites *m* || 802 prodit empima (*om.* que) *b*



www.libtool.com.cn

costarum iecoris pulmonis apostase parte
discussa, potu nimio, frigdore nocivo,
ruptura venae. Tibi morbi signa revelant
tussis, tabescens facies, macilentia colli,
sputo commixto sanies, quandoque tumore
subtumidus vultus, gravis inspiratio. febris
non numquam macros artus exterminat, inde
flamma volas manuum tenues febrilis adurit,
ariditas maior oculorum concavat orbes.
  Pleuresis inplendo laterum declivia costis
insidet, infarcit ypocondria concava. cuius
haec sunt quae passim clarescunt signa. labore
febris continuans, tussis, decisa facultas
aera spirandi, costae pressura, superne
livens urina, vultus rubor. Haec specialem
insinuant causam. si sanguis materialis
causa sit, inpinguat subtusque rubore colorat
urinam. sapor acceptus, sitis abbreviata,
pulsus femineus, aetas primaeva, diaeta
sanguinis instaurans dampnum, moderantia veris,
consimilis regio, vasorum plectora, sputum

www.libtool.com.cn

803 ap⁹aſe *m*: ap⁹ate *b* (*ut. v. 840 etc.*). *cf. lex. Alfita* apostem apostasis idem (*Cassius Felix p. 198 Rose*). *cf. Io.* fit autei empima ex apostematibus et ex fluxu sanguinis procedente e ex egritudine longa et ex vini plenitudine || 804 discuss *b*: discusso *m* | fridore (*i.* frigdore) b: frigore (*a* frigor, fri goris *cf. lex. Th. Prisc. p. 514*) *m* || 805 morbū *b* || 806 *rub* Signa IX *m* || 809 ĩn (inde) *m*: ardens *b* || 810 volas *b*: volan *m* (*cf. Plat.* potest enim febris dinosci ex calore qui est i volis manuum et plantis pedum) | febrilis *b*: febris (febs) *m*
812 *rubr.* De pleuresis causis et signis et speciebus *l* pleuresis cause *m* || 813 ĩfarcit *m*: ⁊ fartit *b* | cui⁹ *m*: cuix *b* 814 signa laborē (*pro* -re) *m*: an̄ (ante) laborē *b* || 815 decis *m*: d'ſciſa *b* || 816 supne *b*: sup̄me *m*. *cf. Io.* (*item* M. I = Petroncellus *in C. S. II, 219*) in superficie livida (*ul* distincte livens *Plat.*) || 818 si sangs m̄ālis *b*: sic sagnis rtis *m* 819 ĩpĩguat *b*: inpingat *m* || 820 abp̄uiata *m*, abr̄iata *b* (*ut infr* br̄itas) || 822 ueris *b*: mtis *m* || 823 plectora (*sic*) *mb*. *cf. ad v. 33*

sanguineum dubiae fidei discrimina tollunt.
Materiam fellis monstrat sputamen amarum.
aestatis fervor, aetas augmastica, pulsus
durus, avara sitis, complexio sicca, molestans
punctio, sputamen croceum, pinguedo remissa
urinae, sicca regio similisque diaeta.
Pleuresis ex crudo si flegmate nascitur, aetas
ultima, femineus sexus, complexio signis
flegmaticis inscripta, sitis brevitas, hiemalis
hora, remissa magis effusio pinguis, in ictu
venae mollities, fluxus sputaminis albi.
occasus solis, plaga conscia, flegma diaetam
multiplicans, os insipidum fidei removebunt
offensam. Livens sputum, complexio, tempus,
vita, locus, pulsus, aetas, faex sanguinis edent,
sit licet hoc rarum, quartum putrescere chymum.
Opprimitur laeva pulmonis apostase mamma,
quam nota notificat signorum, spiritus aeger
pectoris angustum motum confessus, anhela
tussis, faex livens humorum parte suprema
inferius rutilans rufedine turbida pinguis.
Si sanguis vel flegma nocet, si felleus agger
aut colerae nigrae cumulus sit causa nocivae
materiae mediocris, erit sputum saniosum
ex colera croceum, rubeum de sanguine, livens
felle nigro redolet, natura flegmatis albet.
mala rubens, aeger exosus scema iacentis

825 materiem *b* || 827 molestans *m*: -tant *b* || 829 urine *b*: -na *m* || 830 *rubr.* de flegmate *m* || 838 edent *b*: odȝ *m*

840 *rubr.* De periplēōnie causis et signis *b*, De peripleumonia penes signa *m* | Opprimitur *b*: Exprimitur *m* | māna *b* || 841 eger *b*: $\overset{i}{\text{eg}}$ *m* || 843 faex humorum = *urina* (*cf. 910 etc.*) || 844 $\overset{b}{\text{turpida}}$ *m* || 848 rubrum *b* || 849 redolet *b* || 850 *in m praemittitur versus ex duobus sequentibus erronee conflatus* Sola rubens subnixa regit febrile quietem (*sequitur* Mala rubens *etc.*) | scema *b*: parte *m*, *unde haec seqq.? (cf. Gal. et. Aurel. ap. Garip. 2, 10 et 2, 11)*



www.libtool.com.cn

membra sedens subnixa regit, febrile quietem
cauma negat, frigdor extremos occupat artus
cum nequit inclusus calor ad postrema refundi
cordis in angusto motu, sputamina multa
rara facit, dolor in spatulas ascendit, inundat
in facie sudor, solito plus clara relucet
ex oculis radians albedo, tumore levatur
palpebra turgescens. nothus de sanguine morbus
vel colera vel felle nigro, de flegmate verus.
confirmant fidei fedus dubiumque relegant
inspectum tempus, aetas, complexio, pulsus,
vita, locus, sexus, discors infectio gustus.
    Asmatis in species trinas diversa secatur
pernicies. nam difficili trahit aera motu
inspirans longo tractu compressio dura
sansugii, graviter expirat anhelitus, aequa
lance bipertitum facit orthomia gravamen.
causa mali nunc in pulmone reconditus humor,
nunc simplex talem pressura procreat absque
humoris vitio, nunc debilitata movendi
virtus, vicinis nunc artubus accipit ortum

---

852 fridor (*sic*) extremos *b*: fluor extremus *m* || 854 s mina multa *m*: sputamina sputum *b* || 855 spatl'as *b*: sca *m* || 857 albedo = *Aurel. 2, 11* || 858 palpebra *unde?* | (*νόθος*) *m*: natus *b* (*qui alibi* nothus 1409. 2100) || 860 firmat . . . relegāt *mb*

863 *rubr.* De asmatis speciebus causis et signis *b* asmathe *m*. *cf. Sim. s.* asma | diversa *m*: divisa *b* || 866 sugium *a sanguisuga dicitur sec. Plat.* quia laborans hac s laborat in attractione aeris quemadmodum et sanguisug attractione sanguinis. *hoc* suffugium *ex Aurelio-Esc. male tur ap. Gar. 2, 13: nam sic habet Escolap. c. 19* dispnia a samsucum (*sic cod. Aug., ubi* suumsotium *SGall.*) nomi semper interius ad se trahens anelitum (*quae appellatio i c. 20 omittitur, eliminatur in cod. Casin., ubi* dipsnia aute supra docuimus nominatur . . .) || 867 bipertit$^{2}$ (-tur) *m* | o mia *i. e. orthopnia (Gar. 2, 14)* | gravat *m* || 868 recond -tur *mb* || 869 Nūc *b*: Non *m* | pressura: -rā *mb* || 870 i nō *m* | movendi *b*: nocendi *m* || 871 uicinis *m*: in cunis *b Io. (ex Constant. 3, 11)* interdum ex vitio spiritualium

huius origo mali, dum quodam iure locali
compatitur sibi contiguis communia dampna
efficiens pulmo, stomachi diafragmatis aegri
splenis vel iecoris offensa. laesus in ipso
non aliunde trahens haec taedia saepius ortu
molitur. sunt signa tamen dolor abdita torquens
pectoris, offensus pressura spiritus, alte
subportans spatulas gravitas spiraminis, oris
sintetici macies, tenues contractio nares
exacuens, fandi nimis abbreviata facultas,
tussiculae gravitas, velox instantia pulsus,
augmentans penam motus, geminata iacentis
passio praecipue si membra supina reflectat.
annexus causae breviores efficit algor
et raros flatus, augmentat caumatis ardor.
Efficit asmaticos ex crudo flegmate tempus
brumae, femineus sexus, defecta senectus,
concors vita, locus similis, gula nescia finem
inposuisse cibis, manus audax intima terrae
scrutari rude dum fodit educitque metallum,
humida lactentis infantia. si puer huius

www.libtool.com.cn

brorum, interdum ex colligantia aliorum, ut stomachi epatis splenis atque matricis, et si quidem sit anhelitus et dolore membrorum vicinorum, pulsus parvus erit et spissus *etc.* || 872 h$^9$ *m*: hc̄ *b* | iure *m*: ũice (*in marg.* ät ĩure) *b* || 873 9patit$^{\backsim}$ *m*: dū patit$^2$ *b* | contiguus *b* || 876 ortu *b*: ortū *m* || 877 mollit$^2$ ſt' sig$^a$ *b*: *om. m* (*album in cod.*) || 879 subportans *m*: supportans *b* | spatulas gravitas: gravitas spatl'as (scapulas *m ex ipsius scribae ut puto corr., cf. v. 855*) *bm.* (*cf. Const. 3, 11* cum infirmus anhelosus totum corpus usque ad spatulas et a spatulis usque ad cubitos moveat ... *unde Io.*) || 880 sintetici *b*, sinthetici *m* (*e conv.* 993). sintheticus extenuatus *Simon. s.* sinthesis *pro* syntecticus = συντηκτικός | contractio ... *ex Io. et Const.* (*de macie cf. Plat.*) || 887 *rubr.* De causis asmathis *m* (*om. b*) | Afficit *m* || 890 *hunc versum plane om. b* | cib$^9$ *m* | terre: c̃re (curre) *m* || 891 dum *b*: *om. m* | educitque *m*: edūtque *b*. *cf. Io.* contigit autem in yeme maxime et in senibus et his qui metallica operantur *(ex Galeni pass. i. e. Aurelio ap. Gar. 2, 13)* || 892 lactantis *b et* (*ante ips. corr.*) *m* (lact$^e$antis)

inpetitur morbi specie, robusta iuventus
absolvet, sed si iuveniles inpetit annos
passio, vix cedit, sed eadem terminus hora
annorum morbique venit. si forte supremam
torqueat aetatem, proscribit pena salutem.
efficit asmaticos ex sanguine plectora venas
extendens, lex naturae subversa pudendi
sanguinis obstruso mulieribus imbre, fluenta
aut kilis venae cessantia, tempora veris,
conveniens regio, restaurativa diaeta
sanguinis, inpubes aetas, complexio concors.
ex colera vel felle nigro facit asma localis
mansio, vivendi modus, aetas, tempora, sexus.
ariditas si causa nocens fuerit, tibi nota
his erit, extrema macie, sputamine nullo,
corporis exhausta vi praeveniente labore.
ut certam turbare fidem dubitatio nutans
non possit, faeces humorum consule, vultus
quis color informet, vel quis sapor accidat ori.
Sincopis est causa venarum plectora, mentis
passio, defectus humorum, grande doloris
exitium, calor inmensus, frigdoris acumen
mortificans. si deficiens hanc efficit humor,
inducunt haec signa fidem, macilenta figura,
corporis exhausta virtus, pallor faciei,
abbreviata cibi potusque diaeta, fluenta
sanguinis absque modo manantia, cum mulieris
invigilans natura bona mensura tributa
exigit aut ani secreti sanguinis imber

---

900 obstrusa *b*. *cf. Gar. l. c.* || 901 ā uilis al' kal' vene (*sic cum al. lect. in textum scripta sed postea deleta*) *b*: amnis ł vene *m* (*corr. ex* ā kilis = aut (*cf.* vel *v. 781*) kilis || 902 restauratā (-tīa *b*) dyeta *m* || 906 ariditas *b* (*cf. Plat.*): Frigiditas *m* || 909 natans *b* || 911 informat ... accidit *b*
912 *rubr.* De sincopis causis et signis et speciebus *b*, cause sincopis *m* (*ex Const., unde et Io., om. Plat.*) || 914 f$^{i}$doris *m*, fridoris *b* || 918 abrīata *b* || 921 ani secreti s. *m*: ani pudendi s. (ex *glossa add.*) *b*

www.libtool.com.cn

evacuat venas, patulis vel naribus exit
irriguus sanguis stomachi, vel nausea chymos
educens vel deponens contenta deorsum
www.libtool.com.cn
ianua naturae, vel respiramina sudor
efficiens cessante modo. Si lipotomiam
humorum facit ubertas, turgente notatur
vena, carnosa membrorum mole diaetae
luxuria. quam producit pressura doloris,
cardiacae, colicae, cephaleae, perniciosae
iliacae, gravis artericae, diafragma prementis
matricis comes esse solet. quam passio mentis
procreat, ex ira prodit vel cum metus ingens
intima constringit cordis vel facta repente
gaudia dilatant. si morbi cauma doloris
causa sit, hoc signat tempus, locus et labor, oris
ignitus calor. algoris signatur acumen
pallenti facie, brumali tempore regni
horrendi frigdore situ glacieque nivali.
    Inducit tussim compassio vel specialis
passio thoracis. si munere compatientis
efficitur membri, prodit de splene tumentis
aut epatis vitiis aut angustante meatus
pulmonis stomacho vel destillante catarro,
pleuretici vel mole mali vel apostase laesi
pulmonis. quam dat specialis passio tussim,
efficit ariditas, humor, frigdoris acumen.
Si nocet ariditas, macie perpenditur oris,
defectu sputi, punctura pectoris aegri,

---

923 irruguus *m* || 926 lippotomiam *m*, lipothomiam *b*. lipothomia i. malfactio *Aurel. ap. Gar. 2, 19* = sincopis (*de qua Io.* Sincopis est defectio cordis) || 931 yliace *mb* | arthetice *b* | pm̄tis *b*, p̄tn̄tis (pretentis) *m* || 932 *hunc totum versum om. b* (*ubi* ... prementis | procreat ...) || 939 frigdore *b*: fridore *m* (*cf. supra* 642. 914)

940 *rubr.* De causis tussis et signis et speciebus *b*, De tussi *m* || 943 angustate *b* || 945 ap$^{9}$tase *m*: ēpimate *b* || 947 fridoris *m* || 948 *rubr.* Signa tussis *m* (*om. b*) | ꝑpenditur (*sic*) *mb* (*l.* portenditur? *sed cf. v. 1089 etc.*)

corporis exhausta vi, fumo pulvere morbi
offensam praestante prius. si noxius humor
causa sit, ubertas sputi, carnosa figura
propellit dubium. si fiat sanguine tussis,
vena tumens, facies ignita, diaeta ministra
sanguinis, os dulce, pinguis depicta rubore
faex epatis, tempus, regio pro testibus adsunt.
flegmatis offensam signant urina remissa
pinguis, hiemps, aetas postrema, screatus habundans,
albedo sputi, color oris pallidus, escas
insipidus sapor inficiens, et aquosa diaeta,
debilior sexus, locus algens. si niger humor
efficit hanc pestem, livent sputamina vultus
aemula, deficiens aetas, sexus muliebris,
vita locus chymo similis, variatio discors
autumpni, pallens epatis faex, et mediocris
acredo gustus fidei munimina praestant.
si tussim rubeus facit humor, gustus amarus
sputamen croceum, color oris cereus, aetas
altera post primam, sexus melior, gravis aestas,
consimilis regio colerae, cibus auctor adusti
humoris testis, tenuis faex sanguinis edent
indicium fidei. si tussim frigidus aer
procreat, insinuant patientis pallor in ore,
temporis algentis frigdor, plaga frigida regni.
Algorem narrant **stomachi** digestio tarda
ructus acetosus, ventosa inflatio sumptas
escas concomitans, vehemens affectus edendi,

950 pulue^s^ *b*: corpore *m*. *cf.* fumo <et *cod. Berl. f. 98 a 2*> pulvere precedente *Plat. C. S. II, 207* (*unde Io.*) || 951 offensas *m*: -saȝ *b* || 953 dubiū *b*: dubiam *m* | tussis *b*: tussim[s] (*sic*) *m* || 956 adsunt: absunt *m*, assunt *b* || 958 hiemps *b* (hiems *m*). *cf.* 2178 || 960 insipiēdus s. inf. *b*: insipidus sapor insipidus (*sic iterum*) inf. *m* || 965 auptūni (*sic*) *b*: aut ītuitu *m* || 966 fidei *b*: federi *m* || 970 colere *b*: color ē *m* | cibȝ *mb* || 971 edent *b*: edant *m* || 973 patientis *b*: *om.* *m* || 974 fridor *m* | regni *b*: renū *m*

975 *rubr.* De stomachi spe causa signis comitatu(r) *b* (*om.* *m*) | tarda *b*: tumba *m* | 977 concomitans *b*: commutans *m*

www.libtool.com.cn

faex epatis pallens, cephaleae passio, grosso
digestiva cibo stomachi subversa facultas.
Ferventis stomachi signum digestio velox,
ructus fumosi, velox corruptio parvi
subtilisque cibi, mage congrua grossior esca,
oppositae natura nocens, urina colore
aurea, desiccans tenues sitis arida fauces.
    Inducit causa triplex fastidia, nervus
obstrusus, superans humorum copia, verna
virtutis tenuis subtractus spiritus. edunt
sensibiles nervos obstrusos, nulla ciborum
gloria, nulla iuvans condelectatio, nullus
sensus percipiens stomachi, si frigida fundum
esca petit vel si pungens fervore subintrat.
spirituum numerus brevis hinc perpenditur, oris
sintetici macie, defectis viribus aegra
ex stomachi virtute dapes quae digerit aut his
quae vires minuunt humani corporis, amplo
fluxu qui ventris humores evocat atque
morbo quem reddunt diuturnum tempora febre
excedente modum vomitu vel mole laboris
inmensi vel consimilis molimine causae.
efficiens humor fastidia fervidus istis

---

980 *rubr.* De signis calidi stomachi *m* (*om. b*) | signum est *b* || 988 n͞e (nature) *b*

985 *rubr.* Fastidii species signum cause comitantur *b*, De causis fastidii *m* || 986 verna (*i. e.* servus = instrumentum *Plat.*): vẽna *m*, v͞na *b* || 987 subtractus sp͞c: *cf. Plat.* ex defectu spirituum | edunt *i. e.* indicant || 988 obstrusas *m* || 991 pungens *b*: piguens *m* || 992 nus (numerus) *b*: langor (*ex glossa?* = defectus *Plat.*) *m* | hinc: h' *m*, h[1] *b* | perpenditur *b*: perplectitur *m* || 993 sinthetici *b* | egra *m*: egri *b* || 994 exsto *m*, exstoī *b* | aut his: *cf. Plat.* aut ex aliis causis que humanum corpus attenuant | 995 hūaní *b*: hūatu *m* || 996 ventris *m*: veniens *b* || 997 diuturna *b* (-nū *m*) || 998 vomitu (*unde quinque a. v. 998 versibus omissis pergit v. 1003*) croceo sub amaro *m*

www.libtool.com.cn

promitur indiciis, ructu fumante, vapore
ignito pungente gulam, siccante palatum
ariditate, siti, vomitu croceo, subamaro
gustu. frigiditas humorum promitur acri
ructu, virtutis stomachi quae decoquit escas
defectu, vomituque fidem quandoque probante.
Nausea vel vomitus algoris acumine solo
caumatis aut vitio sine chymo nascitur, aut his
annexis causis humoribus, aut medicinae
viribus ignitis, vel vi mordente ciborum,
aut esca superante modum. si cauma sit huius
causa mali simplex, iuvat algor, provocat aestus
hanc pestem, vomitu nec defluit humor, aburit
os vapor, exsiccat sitis. igneus humor eisdem
concipitur causis, et praeter dicta notatur
in vomitu croceo vel quem viror afficit, atque
exoso gustu, vel avari felle saporis.
simplex algor habet haec signa, doloris acumen,
vim digestivam tenuem, ructamina cruda,
frigida sumpta nocent, fervens exterminat esca
pestis perniciem. laedens elucet eisdem
indiciis algens humor, tamen insuper istis
adiecto quod cum vomitu quandoque notatur.
emitti solitum si clauditur et latet humor
in villis stomachi, vix hunc eliminat instans
naturae virtus. spatiosis tractibus extra
si fluidus fuerit, virtuti cedit et absque
nisibus emanat. si fervida vis medicinae
aut cibus ignitus aut ambitiosa voluntas

www.libtool.com.cn

1001 *cf. Io.* (sequitur sitis. incensio. punctio) fumosa ructatio (*om. Plat.*) || 1003 siti (*Plat.*): sitis *b* || 1004 gustus *m* || 1005 q̄ *b*: $\overset{i}{\text{q}}$ *m* || 1006 vomitu quandoque fidemque pr. *b*

1007 *rubr.* De vomitus causis et signis et speciebus *b*, De vomitu *m* || 1014 os *b*: ac *m* | exsiccat *b*: ī siccat *m* || 1015 cōcipitur *b*: serpitur *m* || 1016 $\overset{a}{\text{q}}$ʒ (quam) *m* | afficit *m*: efficit *b* || 1023 adiecto *m*: -tis *b* || 1024 solidum *m* || 1026 extra *b*: egrat *m* || 1028 nisibus *b*: visibus *m* || 1029 cibȝ *mb*

vescendi stomachum saturans sit causa, require
indicium fidei dubium patientis ab ore.
Nascitur algoris vitio singultus et esca
exsuperante modum, vel cum subvertitur amplo
fabrica naturae fluxu, cum deficit humor
corporis humani fomes, cum menstrua nimis
sanguinis erumpunt membris, vel ventris habundans
officium corpus macerat, vel nausea chymos
luxurians reicit, aut ani profluus imber
artus extenuat emisso sanguine, longa
cum vires minuunt ieiunia vel diuturna
passio membrorum. si noxia frigiditatis
actio producit pestem, fit nuntius aer,
forma diaeta locus urina fides patientis
indicium perhibent. defectum sanguinis edunt
debilitas macies pallor. si noxius humor
offendit, facies habitus sapor atque diaeta
et locus et tempus necnon quandoque recludit
hanc vomitus causam. si causa sit amplior escae
aut potus usus, fastidia consule, ructus
aut habitum ventris, aut indicium patientis.
Frigiditas stomachi simplex quandoque bolismum
parturit, aut humor algens aut caumatis ardor
insertus membris. si simplex efficit algor,
deficiunt ructus nec ventris defluit humor
officio. si chymus adest, pro testibus assunt
ructus acetosus, portans egestio mixtos

www.libtool.com.cn

---

1030 vescendi *b*: farcendi *m*

1032 *rubr.* De singultus causis et signis et speciebus *b*, De singultu *m* | singultus *b*: signatus *m* || 1035 cū *b*: ē (est *pro* c̄) *m* | nimis *b*: munus *m* || 1036 vētris *b*: ūntus *m* || 1037 corpꝰ *b*: cordis *m* | macerat *m*: -ret *b* || 1038 reicit *m*: inicit *b* || 1040 minuūt *b*: minuit *m* || 1042 nuncius *m*: nūcciꝰ (*ut semper*) *b* || 1044 ꝑhibēt *b*: ꝑhibente *m* | defcūm *m*: defcūs *b* || 1046 osstn̄dit (*sic*) *m* | habitus *m*: hiatus *b* || 1049 ructus *b*: motus *m*

1051 *rubr.* Bolismi causis et signis et speciebus *b*, De bolismo *m* (*cf. supra ad v. 191*) | Frīās *b* || 1052 aut humor algens *m*: aut algens humor *b* || 1054 ꝑfluit *b*

humores. tibi frigdoris sit notio pallor
vultus, urina similis, potusque nivalis
et cibus infrigdans. diuturni passio morbi,
si calor offensam generat, licet accidat usu
raro. respicias super hoc, quis sit color oris,
quae faex humorum, quae praevia vita, quis insit
pulsus. signa mali tibi sint communia, fluxus
ventris, debilitas, macies, effrena voluntas
et sine fine cibi potusque gulosa cupido.
    I l i a c a m generat humor, distensio facta
pneumatosis, lumbricus, apostasis, intus habundans
arida faex stomachi. frigens perpenditur humor
ex habitu vultus, humorum faece remissa
spissa vel tenui. si flegma sit aut niger humor
qui noceat, pulsu tardo, leviore doloris
pena, ructatu crudo, laedente saporem
flegmatis insipido gustu vel ad instar aceti
acri laedente linguam. si terreus humor
exsuperet, vomitu crebro fundente nocivam
materiam, genus humoris generante diaeta,
tempore consimili, simili regione, dierum
aetatis cursus brevitate. si progeneretur

www.libtool.com.cn

1057 fridoris *m* | īfrīans || 1058 urina *b*: humani *m* || 1059 infrigdans (īfrīāns) *b*: infrigidans *m*. *cf.* infrigdat *2156* || 1060 accidit *m*. *cf. Barthol. pr. (C. S.) IV, 387 = Coll. Vrat. (C. S.) II, 246:* contingit autem quandoquidem teste Galeno bolismum innasci ex calore omnium membrorum ... || 1061 c̊ạlor *b* || 1064 effrena *m*: offensa *b* || 1065 cupido *b*: voluntas (*iterum*) *m*

1066 *rubr.* Yliace causis et signis et speciebus *b*, De yliaca *m*. *cf. Sim. s.* ylia ('unde yliaca') | distēl̃io (*sic*) *et b* || 1067 pneumatosis (*gen.*) = ex grossa ventositate distendente *Plat.* | lumbribȝ *m* || 1071 doceat *m* || 1072 sapore *mb* || 1074 ledēte *b*: ledentem *m* || 1075 exuperet *m* | fluidente *m* || 1076 *hunc versum om. b qui post* nocivam *subdit* tempore materiam (*sic*) simili regione. dierum ... || 1078 cursus *m*: -su (-sū) *b* | si progeneretur: sitis si progeneretur *b*, sitis generantur *m*. *cf. Io. de S. Paulo (cap. de yliacis et colicis)* fit v e r o e x c o l e r a exsiccante et indurante stercus. et tunc adest sitis continua. vomitus colericus. dolor maximus et acutus quasi punctum acuum.

haec pestis colerae furiis, dolor instat acutus,
fortior est pulsus, effusio tincta rubore,
interius cauma, vultus rubor, oris amari
exosus gustus, vomitus croceus, sitis ampla
excrescens, punctura frequens stomachi. manifestet
ut res vera fidem, speciem scrutare diaetae
praeteritae, tempus, aetatem. noxia claret
pneumatosis, prodit cum nausea nescia chymi,
cum dolor instabilis nunc hinc nunc inde vagatur,
tortio si fiat cum murmure ventris. habundans
lumbricus motu perpenditur interiori
vitalisque rei sensu. si squibala dura
officiant, patientem consule, si gravitate
emitti solitum sic clauditur et latet humor.
si sit apostaseos speciem perpende doloris.
fit signum morbi causa quacumque manente
ventris constrictus, umbilici regionem
passio complectens. vomitus quandoque pericli
fassus perniciem, quod abhorret lingua fateri,
officio privans anum determinat ori

---

aut fit ex siccis cibis stipticis durum creantibus stercus. et tunc sentitur quasi gravitas intestinum comprimat et scindat. manifestatio fit ex cibo quem ante comed(er)at. aut fit ex flegmate viscoso et opilante. et pulsus tardus diuturnus dolor gravis. et in egestione aliquando flegma apparet. aut fit ex ventositate grossa et intelligitur ex dolore ambulativo. gurgulatione et inflatione ventris. aut fit ex apostemate. quod ex tactu intelligimus. apparet enim extrinsecus in inferioribus ventris. aut fit ex lumbricis. quos aliquando eger vomit vel egerit. aut ex debilitate intestini. quia diu retenta egestio (*sic ex Viatico Constantini 4, 17 de colica unde et Barth.*) || 1083 manifestat *mb* | 1084 spēm *b*: spēs *m* || 1086 *hunc versum om. m (in spatio unius versus vacuo)* | 1090 sensus *m* || 1091 officiant *b*: inficiant *m* || 1092 *hunc versum om. b* | sic: si *m* || 1093 si sit: fiat *mb* || 1094 fit *b*: si *m*. *cf. Gar. (Gal.) 3, 24 (de colicis), unde et Io. de S. Paulo* | 1095 umbelici *b*, utabilici (*sic*) *m*. *sc.* umbīlīci, *ut infra v. 1131* || 1096 *cf. Gar. (ex Prisc.) 3, 28* || 1097 fassus: passus *m*, falsus *b* | līgua *b*: signa (*pro* ligua) *m* | 1098 privans anum *m*: privatus ani *b*

www.libtool.com.cn

probrosos actus, dum secretis iubet uti
officiis ani, cogens sic stercora fundi.
Iliacae simili causa procedit eisdem
clarescens signis colicae violentia, distans
hoc solo, dolor acrior est, hinc inde lacessens
pectinis hirsutas dum tangit et occupat oras.
Lumbricos triplex species complectitur. unus
latior in longum protenditur. accipit alter
mensurae brevitate modum, quem linea quaerens
elongat, cohibet tamen altera tractibus amplis
linea dilatans. procero corpore surgit
tertius angusti lateris. de flegmate dulci
exoritur primus, producit flegma secundum
insipidum, recipit de salso tertius ortum
Lumbricos haec accusant, os discolor, oris
fetor, pruritus naris, per viscera motus
sensibilis, virtus fragilis, ieiunia maior
passio concomitans, dolor intestina flagellans,
irritans vomitum nonnumquam nausea, clamor
assiduus penamque docens miseranda querela,
naribus erumpens aut ore vel inferiore
egrediens porta lumbricus, mole soporis
corpore detento stridoris dentibus horror
exoriens, violenta fames similisque bolismo.

www.libtool.com.cn

---

1099 probrosos *m*: probo suos *b* || 1100 cogens *b*: *om. m* (*ubi album*)

1101 *rubr.* De colice causis et signis et speciebus *b*, De colicis *m* || 1103 lacescens *m*: latescens *b* (*cf. v. 368*) || 1104 irsutas *b*: ut *cum albo (velut ex exemplari lectu difficili scribens) m* | oras (*cf. v. 1132*): horas *mb* (*cf.* usque ad pectinem *Plat.*)

1105 *rubr.* Lumbrici causa cum signis et speciebus *b, om. m* (*qui ad v. 1113 suprascr.* de vermibus). *De tribus speciebus Plat. ex Stephanone (quae non habet Const.)* | unus: longi et lati *Plat.* (2) || 1106 alter: curti et rotundi *Plat.* (3) || 1107 querens (q̄rēs *b*) *mb* || 1109 dilatat *mb* || 1110 tertius: longi et rotundi *Plat.* (1) || 1112 salso *b*: solo *m* (*cf. Plat. in gen.* Lumbrici ex solo flegmate generantur) || 1113 accusant *b*: excusant *m* || 1119 inferiore (*sic*) ... porta *m*: inferiores ... portas *b* || 1120 saporis *m* || 1121 detēto *b*: dem̄to *m* | stridoris *b*: fridoris *m*

Tres dissenteriae species distinguere sensus
visibilis dicitur. in prima sanguinis unda
cum stomachi faece rapitur, rasura secundae
villorum comes est, admixto sanguine frusta
tertia producit. nunc intestina suprema
hunc faciunt fluxum, mediis nunc flumina laesis
sanguinis erumpunt, nunc laesa novissima ventris
officium stimulant. laesis punctura supremis
ex umbilici prodit regione suprema.
nascitur inferius attingens pectinis oras
intestina tenens dolor infima. si locus ille
laeditur, ex laesis supremis ultimus exit
sanguis, qui multo respersit sanguine faeces,
et dolor accepta pungit violentior esca.
infima si laedit occasio, flumine parvo
faeces percurrit sanguis. Fit passio causa
multiplici, colerae furiis quam promit ad usum
actio naturae, vel si calor excoquit actus
naturae perimens, humoris acumine quarti
quem calor exurens naturae perniciosum
producit, forti salsedine flegmatis aegri,
vel epatis vitio dum laesa staltica virtus
deficit, aut sanguis legem transgressus inundat
artubus absumptis, vel mordaci medicina.
si colerae furor offendit, faex visa fatetur
cerea vel viridis vel nigro sanguine tincta.
si sitis incendit fauces et regnat amarus

---

1123 *rubr*. De dissinterie signis causis speciebus *b*, De speciebus dissenterie *m* (*et* in *marg*. *rubr*. Cruda lyen | simplex que | diar cū sāg | uriē dissen = *v. 3301 C. S. V, 97 ubi* sanguine dissen) | dissenterie *m*: dissinterie *b* || 1125 rapitur *b*: erumpit *m* || 1129 lesa novissima *b*: *om*. (*in albo*) *m* || 1131 umbelici *b* || 1132 horas (*hic iterum*) *b* (*non m*) || 1134 ex: et *mb* || 1137 laedit: ledat *b*, dedit *m* || 1138 pturíít *b* || 1139 multiplici: multiplicās *b*, -plicʒ *m* | ꝗͣ *b*: ꝗ̄ (quem) *m* || 1140 si *m*: ꝗ (quod) *b* || 1144 vel: & *b*, ut *m* | dūlesa *b*: delesa *m* | staltica: celtica *mb* (contentiva *Plat.*) || 1145 aut sanguis legem *b*: aut vicium virtus legem (*sic*) *m* || 1146 absumptis *b*: assumtis *m*

ore sapor, punctura nocens ferit intima, salsum
insinuat flegma torpens salsedine lingua,
sanguinis admixto fluvio faex alba vacillans.
www.libtool.com.cn
ne peccet ratio, circumspice tempora, vitam
praeteritam, sedem, naturam corporis, aetas
quae superest. saevi si vi medicaminis illud
accidat aut membris truncatis, ex patientis
iudicio discas, vice signi suscipe verbum.
Esca lienterico subducitur integra fluxu
multiplici causa veniens, ex flegmate multo,
ex dissenteria quae praevia praebuit ortum
huic morbo, vel virtutis cum laesa fatiscunt
iura retentivae, vel cum gravat interiora
fortis apostaseos afflictio, vel cibus hirtos
cum lenit stomachi villos viscosus habundans.
his notum fit flegma notis, ructamine crudo,
faecibus albenti cum muscillagine mixtis,
tempore, natura patientis, more diaetae.
si dissenteriae vitio praecessit acumen,
sordidat et morsu ferit intestina feroci
punctio, praecessit fluxus cum sanguine. virtus
debilitata notis his editur, artubus aegri
exhaustis macie multa cessante vigoris
funditus auxilio. si laedit apostasis, ingens
est dolor atque tumor cum febris caumate. villos
lenificans cibus indicio patientis habetur.

---

1150 ferit *b*: fex *m* || 1151 insituat *m* | torpens sag (?) salsedine (*sic*) *m* || 1152 admixta *b* (-to *m*) || 1153 peccet *m*: pateat *b* || 1154 p̄tiatam (*sic*) *m* (p̄tiˢtā *b*) || 1155 Q[1] (*pro* q̄) *m* | saevi si vi: si vileni *m*, se vi *b* || 1156 tᵃctatis (tractatis) *m*

1158 *rubr.* De lyenterie causis signis speciebus *b*, De lientheria *m* || 1159 veniens: *scil.* esca, *ut apud Ioannem* quia cum cibus veniat et tangit illa (vulnera) *etc.* || 1161 lesa *m*: lora *b* || 1162 iura retentivae: *ut v. 587 (cf. ant. I, 794 etc.)* | cū gravat *b*: 9gravat *m* || 1163 cibȝ *mb* | irtos *m*: hirtus *b* || 1165 lüctamine *m* || 1166 muscillagine: *sic mb* (= *ant. 3, 977*) || 1169 sordidat *m*: mordicat *b* || 1170 praecessit (*Plat.*): p̄cedᵗ *b*, ꝓcessit *m*

Digerit et fundit fluidas sine sanguine faeces
educens chymos a ventre diarria causis
pluribus exoriens, virtutis iure reciso
www.libtool.com.cn
quae faeces retinet, colera vel flegmate multo,
absque modo sumptis escis vel potibus, usu
salsorum, drimifagiis, stillante catarro
dum secat intestina fluens qui decidit humor.
Sic tibi fit nota virtutis laesio, membris
debilibus, macie. colerae furor interiore
punctura, vehemente siti, fervore nocivo,
faecibus emissis croceis similique colore
vultus, exoso gustu. si flegmatis unda
hunc faciat morbum, tibi muscillago fatetur
faecibus admixta, sapor insipidus, color oris,
parva sitis. super hoc usum perpende diaetae,
quod tempus, quae sit aegri complexio, vitae
quae sit pars praesens. si causa sit esca repleto
ventre nimis, ructus acres, fastidia, verbum
aegroti te certificant. inspecta diaeta
praecedens, intestini vel punctio mordax

---

1176 *rubr.* De dyarria *m* (*om. b*) | et fundit *m*: effundit *b* | fluidas *m*: crudas *b* || 1177 dyarria *m* || 1178 exoriens *m*: exoritur *b* || 1181 salsorum dimifragii st. c. (*sic*) *b*, *sed in cod. m post* Salsorum *pro reliquo versu album, ubi ad finem lineae rubro additur signum* ÷, *deinde alieni inferuntur (ex margine codicis descripti) versus de aborsu sex hi (quos addito in margine verbo significat)* notabiles

Saltu clamore nimio procedat aborsus
ira timor casus percussio menstrua venter
tempore conceptus dum febris sive thenasmon
occupat aut nimia si sternutacio vexet
hoc superante modum cause sunt semper aborsus
a quibus infirmam medicus preservet adultus

*nunc (repetito in fine signo* ÷*) pergit textus* dum luit (*sic m*, secat *b*) intestina fluens q. d. h. || 1183 sic *b*: ut *m* | sit *m* || 1184 macie *b*: macies *m* || 1187 vultus *b*: vutꝰ *m* | gusto *m* || 1188 muscillago (*iterum*) *mb* (*ut 1166*) *item infra v. 1205* || 1189 calor *m* || 1190 ꝑva *b*: Qua *m* || 1192 q̄ *b*: an *m* || 1193 acris *b* || 1194 certificans *b*, -cent *m* || 1195 intestini vel (*scripsi*): aut intestini *mb*

edunt si salsa vel drimifagia laedunt,
et propriis fluidum signis perpende catarrum.
Triplex angustum producit causa t e n a s m o n,
frigiditas, humor duplex et apostasis artans.
accidit huic speciale malo sinthoma voluntas
officium ventris stimulans sed parva facultas,
ingens conatus, compressio multa, dolore
pectinis oppressae partes. his flegma notatur
viscosum, gravitate loci quasi pondere quodam
oppressi stomachi, cum muscillagine faece
emissa, frigdore loci patientis. acumen
exprimitur colerae punctura, caumate, faece
citrina crocea viridi. vi sanguis utrique
effluit expulsus crebro, dum nisibus amplis
vasa crepant. super hoc tibi circumstantia firmet
visa fidem, tempus, regio, natura, diaeta.
noxia frigiditas perpenditur aere, bruma,
absque nota chymi mananti faece. fidelis
indicio patientis apostasis editur, acri
pena, febri, nichil hic humoris faece tenente.
Prodit a p o s t a s e o s e p a t i s pars dextra periclum
laesa dolore gravi. puncturae scorpio, febris
ardor continuae, tumor exteriora novellae

---

1196 dimif$\overset{ra}{i}$gia (*sic*) *b*, olienifragia *m* || 1197 sig$^{is}$ *b*: sāgnis *m*
1198 *rubr.* Thenasmon causis et signis et speciebus *b*, De speciebus tenasmi *m* || 1200 voluntas *m* (*Plat.*): voluptas *b* ||
1203 fle$\overset{a}{u}$ (fleuma) *b*, fl'a (*ut vulgo mb*, *gen.* fl'atis *etc.*) *m* || 1206 fridore (*ut semper fere*) *m* || 1207 exprimitur *b*: opprimitur *m* ||
1208 ut'q; *m* (*Plat.*): utrūq; *b* || 1209 dū visibus (*sic*) *b*, ducatibus *m* || 1212 aere bruma *b*: clere $\overset{v}{p}$ina (*sic*) *m*. De *frigiditate (cf. Copho coll. Vrat. C. S. II, 282)* et de apostemate *nihil Plat., sed cf. Ioannes* contingit hec passio ex frigdore nimio vel frigidis potionibus (*ex Garip. 3, 21*) || 1214 editur *b*: *om. m* || 1215 febre nich' h$^{i}$ *m*: febri nio (oder mō) *b* | tenente *m*: manante *b*
1216 *rubr.* De causis signis speciebus epar pacientis *b*, De apostemate epatis *m* | Prodit *m*: Edit *b* || 1218 tumor (*Plat.*): timor *m*, minor (mīor) *b*

inscribens lunae specie, si noxia gibbum
laedit materies. si concava claudit eandem
sima, frequens singultus adest et nausea crebra
instat et interius quasi passio clausa profundum
possidet. humoris calidi si copia morbum
efficit, ista fidem firmabunt signa. doloris
maior saevities, sitis inmoderata, febrile
maius cauma, citus pulsus, rubicunda deorsum
summa parte nigrens inops vel tincta virore
aut simulata croco faex sanguinis. algidus humor
si nocet, affligit partem dolor et minor instat
fervor, pigrescit pulsus, sitis abbreviatur
urinaeque gradu color inferiore locatur.
Obstrusum turgescit epar partesque redundat
in varias. latitans occasio. nam mediatrix
quae massam ptisanae similem transmittere novit
in sima vena constringitur. est tibi signum
officium ventris fluidi, qui reicit albas
et faeces ptisanae similes, urina remissa
pinguis, pauca sitis, gravis intestina molestans
tortio, defectus sompni, decisa facultas

1219 lune (*Plat.*): line *m*, līmē *b* gibbum (*Plat.*): gibbeī *m*, gilbū *b* || 1221 sima *m*: syma *b* || 1222 instar *b* || 1223 humores *m* || 1227 īops (*οἶνωψ*) *b*: īopos *m* (niopos *Plat. ed.*, *sed* inopos, *ut Maurus etc.*, *idem Plat. in Coll. Vrat. C. S. II, 292*), *οἰνωπός quod ipse sic explicat Egidius in suo commento de urin. 198* est autem inopos color sicut vinum (*οἶνος*) quod vergit ad nigredinem, ut est vinum quod venit ex Calabria. *cf. Choulant p. XVII* || 1228 simulata *m*: sil'ata *b* || 1229 ptē *b* (dolor gravativus sub dextro ypocondrio *Plat.*): pte *m* 1230 abreviatur *mb* || 1231 que *om. b* gradu ... inferiore *cf.* livida *Plat.*

1232 *rubr.* Epar opilatur causis signis speciebus *b.* *hoc capitulum (v. 1232—72) plane om. m, qui transit ad hydropem: deest etiam apud Plat. cf. de oppilatione epatis Const. 5, 2. de calore et frigiditate ex Const. 5, 1 scribit Ioannes, uberior (unde?) Egidius* || 1233 varios *b* || 1234 quae: q *b* | ptisane sil'e *b* (*similiter de hac vena Maurus q. d. C. S. III, 3*) || 1235 symā *b* | est: ꝛ (et) *b* || 1236 albas *b* || 1237 ꝛ feces *b*



www.libtool.com.cn

virtutum, vultus habitudo squalida, torpens
anterius versus stomachum distentio simae.
obstruso gibbo laticis splendescit ad instar
limpida non pinguis effusio, posteriorem
in partem plus declinans distentio, tardus
exitus urinae conceditur. creditur istis
hoc vitium signis, laedente gravamine partem
oppositam laevae, vultus errante colore,
pressura maiore cibo potuque resumpto,
membrorum macie defectis artubus. Aegri
in sclirosim si transit epar, palpata resistit
tactibus et silicis pars dextra retundit ad instar
palpantis digitum, quae tendit turgida sursum.
Infrigdatur epar potu laticis diuturno
atque cibo simili visu, frigdore nocivi
aeris aut cronico morbo. super hoc tibi detur
certa fides, pallet vultus, distentio crebra
offendit partem dextram, digestio laesa
incrudat faeces epatis, torpore fatiscunt
membra gravi, renuit oculus gaudere sopore,
alicibus torpent artus, suffusa tumore
turgescit facies, scotosi quandoque gravatur
caligans oculus, ventris natura paratur
ad fluxum facilis, adsistit faucibus acer
aut sapor insipidus. Epatis si caumatis ardor
ingerit offensam, notat hoc color aemulus oris
cereus aut viridis cutis, oris gustus amarus,
sintesis, ariditas, insompnia tempora, venter

www.libtool.com.cn

---

1240 squalida: calpida *b* (*cf. 1287*) || 1241 symā *b* | distencō *b* (*etiam* 1244) || 1242 gilbo *b* || 1249 macies *b* || 1251 *cf. Gar. (Gal.) 2, 56* (manus ... quasi lapidem sentit) *et 2, 58* (insensibilis). *59* || 1253 infrīa^∾ (= infrigdatur *cf.* 1059. 2156) *b* || 1255 [a]e^s is (*in folii angulo mutilato*) *b* || 1256 [cer]ta *b* || 1260 alicibȝ (*sic*) *b* (*cf. Simon s.* alices *et in fine dict. Egid. s. v.)* || 1263 assistit *b* (adsistit, *ut v. 956* adsunt) || 1265 color: dolor *b* | oris (= faciei), *cuius colorem citrinum ait Io. et Petr. C. S. IV, 304 (II, 290)*

parcus, deformans oculos croceus color, escae
torpens affectus, fastidia, nausea, partis
dextrae punctura, rutilans urina rubore.
multiplici specie capitis solempne gravamen,
aures tinnitus conturbat pena frequenti.
Prima creatur ydrops cum noxia frigiditatis
humiditas comes est, cuius sunt signa remissus
urinae color et pinguis substantia, membra tumore
ingrossata nimis, caro mollis et aemula lanae
ut cedat tacta digitis compressa resurgat,
livida membrorum substantia, pigra fatiscit
membrorum virtus, torpor gravis occupat artus,
obnubit vultum pallor, natura citatur
ventris ad officium fluidi, desiderat escas
plus aequo succincta fames. Sunt haec yposarcae
nuntia quam generat cum frigiditate iugata
ariditas, tenuis effusio pallida sive
albens, respirans a membris fetor, et artus
parcius ingrossans durus tumor, in cute nascens
et subito residens vesicula, squalida vultus
et marcens species, torpor gravis. Humiditati
coniunctus calor ascliten facit. haec tibi signa
huius, turgescens venter, percussus ad instar
respondens utris semivacui, tenuatae
extremae partes, gracilis macilentia colli
et vultus, maciesque manus et brachia nuda

www.libtool.com.cn

---

1271 multiplici specie: spū (*sic*) multiplici *b* || 1272 aures tinnitu *b*

1273 *rubr.* Ydropisis causas species signant tibi signa *b* (*librarii versus hexam., ut supra*), De speciebus ydropisis *m* | Prima *scil.* leucofleu(g)ma(n)tia *Plat.* | ydros *m*, ydropisis *b* (*ut Plat.*) || 1277 cedat tacta *m*: tacta cedat *b* | 9pressa *m*: et pressa *b* | resurgit *mb* || 1282 succincta: *cf.* succingit ad ictum *634* || 1283 iugata *b*: uíg$^{e}$ndi (vigendi) *m* || 1284 *rubr.* Signa yposarche *m* (*om. b*) || 1285 albens *b*: pallens *m* || 1289 *rubr.* Signa asclithes *m* (*om. b*) | asliten *m*, alchiten *b* (*cf.* asquites *ant. 3, 692*) || 1290 huis *m* | ventris *m* || 1291 utris semí vacuí *b*: ventris semiyacuí *m* (= semipleni *Plat., Gar. 5, 12*)

nescia carnosae molis, color oris adulter
nunc croceus quandoque virens, urina superne
livorem gerit obscurum sed rufa deorsum
vel magis intensa pinguedine turbida. Signant
haec ydropem nomen cui praestant timpana, cuius
efficit ariditas ortum coniuncta calori,
ventris inoppilans tumor, et macilentia partis
extremae colli manuum coxae faciei,
aemulus in vultu croceus color atque virori
nonnumquam similis. percussus timpana venter
praesentat, faeces epatis caligo superne
obducit, fundum rubor occupat et mediocrem
per potum mediocris eum substantia format.
labitur ad testes sexus quandoque nociva
crudaque materies, cum digestiva fatiscit,
ingrossatque tumor geminos fratres. manifestat,
naturam morbi sitis insatiabilis et quae
quo magis exhaurit magis exhaurire requirit.
  Continet ictericum triplex divisio morbum.
est aurigineus croceo qui membra colore

1294 molis *m*: mollis *b* (*ut v. 1447*) | calor *mb* || 1296 ruffa *b*: luia (liua) *m* || 1297 vel *b*: fel *m* | incensa *b*, accensa *m* || 1298 *rubr.* Signa timpanitis *m* | Ydropem n̈ *m*, h ydropē nom *b* || 1300 inoppilans (?): īopinus (*sic*) *mb* (venter ... inflatus sed tensior quam in asclite *Plat.*) || 1306 ꝑpotū *b*: ꝑtotū *m* | eū *m* (*scil. urinae fundum*): eā *b* (urina rufa vel subrufa et tenuis *Plat.*) || 1307 ad testes: *cf. de ascite Gar. 5, 12* || 1308 fatiscit] *hic desinit m, qui rubro subscribit* Explicit liber de signis et causis metrice (*ubi male legit Murr* Incerte, *unde* Incerti *scil.* auctoris *aberrans Daremberg p. 175*) *sequitur post vacuam lineam rubrica nova haec* Versus magistrales || 1310 et quae | quo: atque | q̄ *b*. *cf. Gar. 5, 12 (quo et utitur Io.)*

1312 *rubr.* Ycterici species cause signis patefiunt *b* | ycteri-cum (*semper*) *b* | triplex: *cf. Egid. in commento ur. v. 206* || 1313 auri(u)gineus: aurigeus *b sicut Plat. in Coll. Vrat. (C. S. II, 293) et in cod. Berl. qu. 24, in Plat. ed.* auriginos, morbus auriginosus *apud Gar. 5, 13 ex Esc. (quod tamen om. codd. Aug. Cas.), item Ioannes. est ab* aurigo ictericia crocea que generali vocabulo vocatur, *ut ait Egidius in commento ur. v. 206* = aurugo *Cass. Fel. p. 128, 10* (*cit. Sim. s.* aurigo). *cf. Isid. et.* 4, 8, 13

inficit, est viridis agriaca migaleodis,
ex re nomen habens deformes denigrat artus
Ethiopem simulans cum pelle melanchiros atra.
ex colera crocea species procedere prima
edidicit, furiosa facit prassina secundam,
postremam generat niger humor. prima notatur
urinae spuma crocea viridique secunda
et postrema nigra. Virtus quandoque resurgens
naturae facit ictericum, cum liberat aegrum
absolvitque dies ⟨creticus, qui⟩ cauma febrile
terminat et spondet optatae dona salutis.
accidit hic casus per vim sinthomatis aegrum
condempnans minitans suprema pericula febris
continuae, si membra dies sic inficit aegri
quartus. absque febre cutis haec infectio causa
multiplici prodit, ferventi sanguine, poro
obstruso fellis vel splenis, uberioris
vi colerae cuius ubertas ampla per artus
infectos dispersa ruit, virtute veneni
hausti. Si sanguis fervens occasio fiat,
praedicat hoc vultus color et calor inmoderatus
corporis et pulsus velox chymosque diaeta

1314 agriatapegaleontis *b*, *ut Plat.* agriaca pegalilontis *Vrat. C. S. II, 293* (agriacapega filontis *ed.*, agriacapegasilontis *cod. Berl. lat. qu. 24 et Ioannes A.*), *Esc.* (*unde Gar. corr.*) agriacas per(p)crisi iontas (*cod. Aug.*, *ubi* agria gelleris iniuntas *Cas.*) *cum expl.* id est agrestis mustele et auratos habentes oculos (*cf. Aetii 10, 17*) || 1316 melanchiton *b* = melanchiron *Io. A. et Plat. Berl.*, *ubi* melanchilon *ed. et Vrat. C. S. cf. Esc. Aug.* melancorum (-coron *Cas.*) dicunt *scil.* *μελάγχλωρον. sed* melanchiron *a* chiros q. e. manus vel chimos q. e. humor *explicat Egid. in comm. ur.* || 1318 furiosa: *id est propter furiositatem* (facit colera viridis *etc.*) || 1322 *post* cum (dies cū cauma febrile) *album in cod. b, videtur male legenti excidisse* creticus (*i. e.* criticus) qui (*cf. Plat.* vi nature solet fieri post VII dies et in aliquo die cretico cum deminutione febris) || 1326 munitās *b* || 1329 porro (*sic*) *b* || 1330 obtuso *b* (*cf. v. 1360*). *cf. Plat.* ex opilatione superioris vel inferioris pori cistis fellis. *de splene cf. v. 1360* | † splenis † uberioris *b* || 1332 infect⁹ (-tus) *b* || 1335 chim⁹que *b*

www.libtool.com.cn

incendens, succensa micans urina. notatur
indicio simili colerae rubeae dominantis
ubertas nimiaque siti macieque suprema,
exoso gustu linguae capitisque dolore,
auris tinnitu, pigris affectibus escae,
egestis colerae signum portantibus atque
consimili vomitu. si porus cistis amaram
transmittens coleram stomacho constringitur, ima
plus in parte sedet color aemulus et nichilum tunc
aut modicum capiet pars aegri corporis altas
verticis attingens partes, egestio chymi
signa gerit. cistis fellis si clauditur alter
porus quo colera petit intestina, suprema
plus infecta patet pars corporis inferiore
et nimium stomachum conturbat nausea chymum
laesivum retegens, siccat sitis arida fauces,
escas fastidit natura, doloris acumen
interius pungit, queritur maiore dolore
verticis anterior pars, linguam gustus amarus
offendit. sed in his non est incensa duobus
casibus urina, quae confiteatur acumen
caumatis. exhaustum virus si causa sit huius
casus et morsus vel punctio reptilis, aegri
indicio poteris fidei stabilire tenorem.
si porus splenis obstrusus causa sit artus
infecti, laeva gravitas in parte locatur.
Pneumatosi chymo duplici vel apostase splenis
terrea nigrescit substantia, cum tumor istum
erigit. obscurum si splenem terreus humor

www.libtool.com.cn

1340 affectibus *b*. *cf. 1404* || 1342 cistis: sistis *b* || 1343 ſtō *b* || 1344 nichilum (*sic*) *b* || 1347 alter: altū *b* (inferior *Plat.*) || 1349 inferiorē *b* || 1357 *cf. Io.:* Contingit quoque ex calidis cibis et potibus. vel venenosa potione vel morsu alicuius reptilis quod perpenditur indicio pacientium (*de quo nihil Plat.*) || 1360 *de splene nihil Io. et Plat., sed Gar. (Escol.) 5, 13* aliquanti icterici facti sunt ex splene et stomacho et ventre

1362 *rubr.* Splenetice species cause signis patefiunt *b*

obstruit, haec nobis fit notio. discolor oris
et pallens habitus aut lividus aut niger, albens
et tenuis radiosa nimis vel limpida crudae
urinae facies, partis pressura sinistrae
et tumor et pondus, virtus defecta per artus,
coxarum gravitas, motus piger et labor ingens.
est penae gravior stimulus si scandere quaevis
ardua contingat vel si pes passibus instat
festinus, maior satiato passio ventre
et minor ante cibum, post grossas fortior escas
pressurae stimulus, ventris tumor amplior, arti
pectoris ad tusses habitudo prona, sinistrae
partis durities silicis quae substat ad instar
attractata manu, tabescens macra figura
corporis exhausti, sanguis quandoque sinistra
nare <fluens> niger et grossus, constrictio ventris
debita naturae retinens, fastidia vitae
nescia iocundi risus, occasio quaevis
allatura metum, similis quandoque bolismi
affectus, color egestis in faecibus ater,
deformis scabies plus inferiora molestans.
parturit hoc dampnum, si longi temporis usus
pabula restauret membris grossique diaeta
sanguinis augmentet cumulum, per quam niger humor
offensám splenis generet. complectere quae sint
talia versiculo. caules, lentes, faba, pisa,
dactilus et milium, res dulcis, pulpa bovinae
carnis, caprinae, leporinae, fructus ad usum
procedens novitate sua, pira, mespila, poma,

1377 *cf. Io.* induratur splen et magnificatur quod ex tactu est intelligere || 1380 nare fluit niger: $\overset{a}{n}e$ nig$^s$ (*sine albo*) *b* (*cf. mox 1381* $\overset{a}{n}e$ = nature). *cf. Plat.* et quandoque per sinistram narem effluit sanguis || 1381 *pergit Io.* et corpus macrescit pro indigestione. pigritia et tristitia et visus parvitas consequitur || 1384 egest$^9$ (-tus) *b* || 1386 usus: usu *b*. *cf.* ex longo usu melancolice diete *Plat.* || 1388 augmentat *b* || 1392 carnes *b*

www.libtool.com.cn

cottana vel quaevis similis vel grossior esca
Efficiens colerae si sit violenta tumorem
ubertas, tenuis effusio tincta colore
citrino rutilat, radiis quae limpida visus
pervia splendenti forma radiosa relucet,
puncturae stimulus in laeva parte molestat
quam tumor extollit, os contristatur amaro
gustu, crebra sitis exposcit pocula, vultum
cereus obducit color, aegri corporis artus
marcescunt, vigil est oculus qui munera sompni
fastidit, piger affectus contemptus edendi,
venter ad officium pronus cum pungit eundem
ubertas colerae, capitis cephalea sinistra
maiorem excutiens partem, scabies subit artus
pruritu producta gravi. solet esse sequela
passio quartanae, cum notha tempora morbi
prolongat vel vera suum protendit acumen.
Pneumatosis laedens splenem fit nota minori
duritie, distensivo sociata dolori
qui nunc offendit nunc cessat. Apostasis edunt
perniciem circumscriptus lateris tumor, ardor
continuae febris, laevam pressura molestans
partem. Si fuerit occasio frigidus humor
aut calidus, propriis rem veram collige signis.
Nunc renum geminum nunc torquet apostasis unum,
quod notat in lumbis dolor et pressura negato

www.libtool.com.cn

1394 coctana *b* (κόττανα) || 1397 q̈ *b* || 1406 ö̦fficiū colere (*sed in marg.* äl' ubertas) *b* | sinistᵃ (-tra) *b* || 1407 maiorem: maior *b* || 1409 notha (*sic*) *b* | tempora: -re (tp̄e) *b* || 1411 minori (*sic*) *b* || 1412 distensivo (*b*) *sic ex Plat.*

1418 *rubr.* De renum apostematibus causis speciebus *b* (*sic incipit etiam Io.* In renibus fit apostema sed quandoque fit in uno tantum quandoque in utroque | unum: v .. *b (in angulo folii finientis abscisso)* || 1419 negat .. | *b* (*item*). *cf. Gar. (Gal.) 3, 39. sequitur apud Io. (ex Const.):* Iacens autem infirmus in sano latere. sentit renem infirmum gravem et suspensum sed si est calidum apostema intelligitur ex febre acuta et siti nimia. dolor(e) capitis vomitu. et egestione colerica difficultate

**urinae fluxu. calidus si procreat humor**
**hanc penam, febris est acrior, maiorque doloris**
**insultus, viget ignito depicta colore**
**faex epatis, quae nunc viridis nunc tincta colore**
**sanguineo rubicunda micat, sanieque refusa**
**admixtam coleram vomitus et egestio portant,**
**et magis est velox pulsus. Si frigidus humor**
**collectus lateat, praedicta remissio maior**
**insinuat. Signis clarescit apostasis isdem**
**vesicae. super his te circumstantia firmet.**
**Inducit renes calor incendens diabetem**
**multiplici causa nascens, cataplasmate crebro**
**quo calor exoritur, urgentis inmoderato**
**officio veneris, esca potuque caloris**
**exsuperante modum. tibi circumstantia signat**
**hanc causam, sitis insatiabilis, ardor habundans**
**in renum regione, frequens effusio multa**
**albens et tenuis, vis intercepta vigoris . . .**
**Evocat urinam laesa virtute diampne**

---

mingentibus. urina rubea aut sanguinolenta aut viridi. dolore et ardore et gravitate renis infirmi. Si sit frigidum apostema. febris lenis sequitur. urina est alba. dolor parvus ... In vesica apostema factum intelligitur ex similibus signis ... (*de renum dolore nihil apud Plat., pauca ex Cophone et Petroncello C. S. II, 315. 316*) || 1421 est acrior: acrior est (ȝ) *b* || 1422 viget: uig̃ *b* || 1428 ypafis *b*. *cf. Gar. (Esc.) 3, 34*

1430 *rubr*. De dyabetice causis signis speciebus *b* || 1437 vigoris: *scil. virtutis retentivae (Io.). videtur enim hic versus unus excidisse. cf. Io.* nisi retentiva virtus esset renum defecta *et idem antea* fit ex vigore appetitive virtutis et defectu retentive (*cf. Plat.*), *Copho C. S. II, 311* retentione virtutis digestive

1438 *rubr*. Dyampne cause cum signis et speciebus *b*. *de eadem habent cap. Plat. et ex eo (ut tamen curam addat partim ex Passionario partim ex Const. viat. 5, 20 de commingentibus) Ioannes.* diampne (est involuntaria urinae emissio *P. I.*) *i. e. diapne* (διαπνοῇ) *provenit ex Passion. (Gar.) 3, 66 ubi de diapne ex Aurelio (Escolap.) c. 41 de vesicae causa* (diapne *cod. Aug.*, diabne *cod. Cas. et ed., sed in fine capituli* diafne *Aug. f. 89a,* dyabne *Cas.*), *quae non exstabant apud Caelium Aurelianum (vel*

www.libtool.com.cn

naturae, nec habet mediatrix iura voluntas,
quam lex instituit ut certis possit in horis
detentas sibi cum placeat demittere faeces,
www.libtool.com.cn
sed sine sponte sua patientis crura madescunt
fluxibus urinae. causa producitur ista
passio multiplici, colerae cum pungit acumen
vesicam cogens violento ⟨reddere⟩ fluxu
quidquid habet faecis, vel vincula flegma relaxat
vesicae quae mollitis concepta lacertis
conservare nequit, vel frigiditatis acumen
mortificat vires naturae. Signa furentis
sunt colerae punctura frequens quae laedit in ore
vesicae mordax, effusio tincta colore
ignito, tempus aestivum, pectinis ardor,
aetas extrema, complexio, mansio, vita.
flegmatis humiditas his fit tibi nota, remissa
urina pingui, senio, pallore, diaeta,
vi complexiva vel lege loci. tibi signis
noxia frigiditas descripta notetur eisdem,
aut habitu tenui vestis, aut sede frequenti
electa frigente loco, cum marmoris algor
consimilisque rei subitanee membra sedentis
mortificat. solet hoc signum metuenda minari,
imber continuus cum cretica provenit hora.
Emanans comes urinae de pluribus exit
eliciturque locis sanguis. nam fundit eundem
vel ren vel lumbus, epar, aut kilis aut patientis
vulnera vesicae. nunc venae vulnere prodit,

---

*Soranum).* ['dicitur diamnes quasi duorum damnum s. renum et vesice' *Io. Angl. in Rosa med.* f. 99b2 ed. Lugd. 1502] || 1440 quam: q̄ (que) *b* || 1445 reddere (*vel* mittere) *ipse supplevi* (violento fluxu *b*) || 1447 molitis 9tēpta secretis *b*. *cf. Io.* fit autem ex mollicie lacertorum circumdantium collum vesice (= relaxatione lacertorum in collo v. *Plat.*) || 1455 pinguis *b* || 1462 inbre continua *b*

1463 *rubr.* Sanguineus minctus signatur in hiis speciebus *b* || 1465 kilis *cf. ad v. 745*

nunc per diabrosim venae compage soluta
vi colerae, nunc ubertas occasio fluxus
efficitur. si vulneribus sit vena soluta,
fit dolor, et causa praecessit praevia casus
aut iter aut pugna vel quaevis causa fatigans
humanas vires, et puri sanguinis unda
effluit. ubertas si causa sit, uberiore
flumine prorumpit, sit signum plectora, venae
molles, carnosa chymi sine sorde fluenta,
nec dolor infestat. colerae si fundat acumen
sanguineum minctum, mordax punctura molestat,
et croceus notat hoc sanguis, corrosio venae
sanguinis inmundas cum faecibus eicit undas.
hunc fluxum si fundit epar, prorumpit habunde
et purus sanguis, gravitas ypocondria dextra
infestat, postrema facit sua flumina sanguis
urina manante prius. si renibus exit,
in renum regione dolor discernitur, atque
passibus aequatis currunt, effusio sanguis.
si sit laesa kilis, illic perpende dolorem.
vesicae vitio si perfluit, ocius exit
urinae fluxus praecurrens, vasis in imo
subsistit qui grossitie cogente deorsum
labitur, et cumulus cruor est in vase globosus.
quod si squamosus exosus naribus exit,
absque fide dubia vesicae vulnera prodit.
Humoris duplicis lapidi natura ministrat
materiam variisque locis hoc materiatum
nascitur, in rene gemino, frigentis in ore
vesicae. cibus hoc dampnum potusque ministrat

---

1467 dyabrosim *b* (*cf. v.* 738) || 1471 pug̃na (*sic*) *b* || 1472 et puri: ĩpuri *b*. *Io.* si sit ex ruptione vene purus emittitur. si ex corrosione vel (*corr.* sine *ut supra*) vulnere purulentus est || 1479 ĩmũdãs *b* || 1485 currunt *scil. urina et sanguis* || 1487 occius *b* || 1488 urine p̄currens fluxus *b*
1493 *rubr.* De lapidis causis et signis et speciebus *b* ||
1494 h̊ maticū (*sic*) *b*

grossitie laedens, aut incentiva caloris
exacuens renem. nam limo turbida limpha
vel male discussae saniosus apostasis humor
in lumbis, quem petrificat calor annichilando
partes subtiles, cuius faex grossa resistens
in lapidem transit. lapis in quo rene creatur
pars illi vicina dolet stupidamque relinquit
eiusdem partis haec passio cum pede coxam.
si geminum renem lapis occupat, instat utraque
et dolor in coxam penam transfundit utramque.
in lumbis dolor infestat facilisque negatur
exitus urinae, cuius comes abbreviata
exit arena rubens. si colum calculus artat
vesicae, parcus venter male debita reddit
et dolor intestina ferit. sub pectine maior
atque peritoneon infestat passio, tardat
exitus urinae, grandi quae pauca dolore
exilit albescens, ⟨comites quia⟩ fluxus arenas
eicit albentes tenuis quas forma figurat.
si lapis humore calido generatur, habetur
inde fides, maior dolor est ubi causa locatur
et viget incensa faex sanguinis atque rubore
maiori tinctas urinae reddit arenas.
humor si fuerit algens occasio, signis
oppositis perpende fidem. citius tibi cadet
ambiguum, si respicias quis sexus et aetas
quae fuerit, dederit quae lex consueta diaetas.

---

1497 incentiva: *cf. v. 101* || 1498 lı̄pha (*sic*) *b* || 1499 discussi *b* || 1500 anichilando *b* || 1503 stupidūqȝ *b* || 1505 utͧqȝ *b* || 1506 utͧm̄qȝ (utramque) *b* || 1508 abreviate *b* (*cf.* harenule *Plat.*) || 1509 arena (*Plat.*): urı̄a *b* | colum (colon sibi suppositum *Plat.*): collum *b* || 1514 albescens: albēt (*cum albo spatio maiore*) fluxus arenas *b* (*lacunam sic expleas* comites quia, *ut* fluxus *sit nominativo casu* || 1515 quas: quam (ꝗͧ) *b* || 1517 dolor: calor *b* (urina erit rubea et spissa, dolor cum calore et punctura *Petroncellus C. S. II, 316*) || 1518 viget: niḡ *b* || 1519 urinae: vrı̄a (urina) *b*

si sit in augmento lapis, augmentatur arena.
si confirmetur, non crescit, sed minuetur.
Collige, triplicitor specie discissa facultas
www.libtool.com.cn
mingendi. solitam dissuria prorogat horam,
scuria nil fundit, guttatim faece recludens
stranguriae pressura pluit. nunc simplice causa
exoritur, nunc hanc humorum copia penam
inducit quae viscoso glutinoque tenaci
inpedit urinae cursum. fit ad hoc tibi signum
minctus in urina pingui, viscosa diaeta,
plectoricus patiens. cum causam noxius algor
efficit, haec signant, pallor patientis et aer
brumalis, natura loci. si passio nervi
ariditate venit, macies, contractio membri,
longus praecedens morbus tibi sint vice signi.
si sit apostaseos collectio, causa dolore
atque tumore loci pateat. si calculus obstat,
hoc emissa tibi cum faece notabit arena.
Prodiga materiam praescripto velle refundit
humano generi naturae turpia texens
dampna gonorreae violentia. pluribus ortum
suscipit ex causis. laticis nam stillat ad instar
sperma nimis fluidum, vel habundans vase repleto

---

1526 *rubr*. De dissur. suria. stranguir. signis speciebus *b* *cf. Plat. in cap. de lapide ex Gar. (Escol.) 3, 62—64. Io. in proprio cap.:* Stranguiria est preclusio vesice quando urina guttatim mingitur. Si vero nullatenus emitti potest nisi post horam. dissuria appellatur. Si diutius autem urine officium denegatur. scuria. Fiunt ex eisdem causis . . . Nascuntur etiam ex crossis et viscosis humoribus oppilantibus collum vesice. intelligimus hoc quia precessit dieta generativa crossorum et viscosorum humorum. quandoque ex acutis humoribus contingit quod cognoscimus per urine ruborem et ardorem. fiunt autem ex frigido aere | Collige[o] triplici (*sic*) spē d[1]ſciſa *b*. *cf*. sic collige 2322 || 1528 scuria: *i*. ischuria | recludens: recludit *b* || 1529 strangurie *b* || 1532 h' *b*

1542 *rubr*. De gomorree (*sic*) causis signis speciebus *b* | prescripto fe (*sic*) velle = involuntaria *Plat., Io.* || 1544 pluribus . . . causis: tribus de causis *Barth. C. S. II, 326*

cogitur elabi, vel lubricitate lacertis
mollitis nequit includi cum vasa relaxat
humiditas transgressa modum, vel flamma meatus
ampliat ardoris. Fluidum si sperma relinquit
appropriata sibi loca, consule sensibus an sit
huc illuc velut unda fluens. si copia fundit,
plectora sit signum, complexio larga, diaeta
et fluxus maior superans. si vasa remollit
humiditas, tibi notio sit caro mollis ad instar
lanae, defectus sensus cum spermatis imber
distillat, crebro collecta superflua sexus
instrumenta gravant fluxu. perspecta diaeta
aut aegri natura potest vel tardior aetas
confirmare fidem, vel faex de sanguine pinguis
proveniens. si fervor adest laxosque meatus
efficit, hoc actu calor edocet et color oris
igni consimilis, effusio, flamma, iuventae
vis complexiva, calidae natura diaetae.
Indefessa solet genitalem tendere virgam
porgesmos sumens s a t i r o r u m ⟨a⟩ nomine nomen
deflexum, nec ad effectum effrena voluntas
pertransire potest, et si quandoque pigrescens
decidit affectu completo lapsa resurgit
et rediviva suum solito de more tenorem
continuat. talem ventosa cibaria pestem

---

1548 mollitis: Cū mollitis *b* || 1549 flamma: *cf. B*
*l. c.* (fit enim quandoque ex calore vasa spermatis aperie
1557 distillat (*sic*) *b* || 1558 gravant: gravans *b* || 1561 lax
(m. efficit *cf.* aperit *Barth.*): laxatq; *b* || 1562 h' (hoc) *b*

1565 ***rubr.*** De satyriasis causis signis speciebus *b* ||
porgesmos: *hoc vocabulo unus utitur Constantinus (in*
*5, 2* passio est quae porgesmos vocatur) *ex quo Egidius*
*nomine Plat. qui ex eodem fonte sua traxit (cum Galeni*
*tione et Stephanonis). vox corrupta innuit* priapismon *qui*
*tur* moriaphismos *in Pantegni (Const. ed. Bas. 1539) 9, 4*
priapiscus *apud Stephanum (Ali ben Abbas) in eodem loco* | a
*addidi*) *om. b* (*de nomine satiriasis ex Esc. Passionarius 3*
1571 ex ventositate crossa et inflativa *Io.* (*ut Barth.*
*II, 327 ex Paulo, quod ostendit comparatus Simon s.* sati

www.libtool.com.cn

efficiunt vel quae veneris succendere flammam
atque cupidineas possunt generare sagittas.
Humano generi lapsum minatur amicos
affectus veneris aut oblectamina dulcis
extinguens operis aproximeron, variatis
exoriens causis. nam renum mortificatis
motibus insistit algor, vel verna minister
expediens veneri membra virtute remissa
deficit officii, vel causae materialis
principium dest humiditas. Si noxius algor
efficiat, pallens facies, complexio signa
frigiditatis habens, aetas, urina remissa,
segnities motus, locus, aut inspecta diaeta
argumenta dabunt fidei. si spiritus absens
defectum faciat, virtus defecta, laboris
praeveniens gravitas hominum consueta vigorem
abbreviare, dies prolongans passio longa,
haec tibi signabunt. si causa sit humiditatis
defectus, tibi res signis signabit eisdem,
insuper os pelli consumptis carnibus haeret.
Tres spasmi species triplex dat causa, recurvat
quae pars anterior caput emprostotonus, astra
dinumerare facit opistotonus ore supino
disponens gressus, aequali lance coartans
corporis utramque partem tetanus nocet atque
inflexum rigidumque docet consistere corpus.

---

1573 cupidineas *ex Ovidio ait Egid.*

1574 *rubr.* De approxymeron causis signis speciebus *b. huius quoque morbi nomen (scil. apraxia morion) ex Aurelio-Esc. apud Gar. 3, 70 (unde Sim.), nunc autem non extat apud Cael. Aur. p. 570. 575 (Amman)* || 1578 verna minister: *scil. spiritus (Plat.) cf. v. 986* || 1581 deest *b* (*i. e.* dest *poetice*)

1592 *rubr.* De spasmi causis signis et speciebus *b. De spasmo nil apud Plat. (neque in C. S. Vrat.), sed supplet Ioannes post paralysin ex Gar. (Theod.) 5, 1 et (Aur.) 5, 2* || 1593 emprostotonus: ʒ (*pro* ē) ꝑtostenus *b* (emprotostonici . . . empitostonici *Io. cod. Ampl.*) || 1594 opistotonus: epitonus *b* || 1596 thetanus *b*

Has generat species humorum copia nervos
incurvans, dum contrahitur cui linea recta
mensuram trahit in latum, vel cui laterales
distrahit in longum partes dum crescit. habebis
inde fidem, si plectorico sit corpore plena
sanguine vena tumens, si luxuriosa diaeta
praecessit. si consumptis humoribus ortum
hic recipit morbus, macies, ieiunia, fluxus
ventris vel vomitus nimius, in vulnere factus
corruptus sanguis, labor ingens, tempore multo
continuat morbus penam. fidei manifestae
indicium praestat, si nervos noxius algor
contrahit. haec regio, tempus vel balnea signant.
Anus in egressum peccat quem nisibus amplis
protrudit patiens. superans quandoque lacertos
humiditas mollit et lubricitate deorsum
labitur. indicio tibi designabitur aegri,
si nimio nisu fiat. si membra relaxat
humiditas, vis sensibilis pigrescit ibidem,
humores secum mixtos egestio portat,
et magis ut fidei firmentur robora, signant
aegri quae fuerit complexio quaeve diaeta.
Imperio natura suo mensura remittit
debita quae mulier mittit, cum tarda senectus
pabula subducit membris, cum flore iuventae
consumpto rugas sibi quadragesimus annus

---

1598 *cf. Io.* fit autem ex plenitudine et inanitione. repleti enim nervi etsi secundum latum extenduntur secundum longum tamen contrahuntur. ut saccus de corio stramine repletus. si evacuantur ad suum principium. corrugantur et convertuntur. ut pergamenum ad solem vel ad ignem appositum. Signa . . . (*Const. viat. 1, 24*) || 1599 cui linea recta?: qͥ liēa rectū *b* || 1600 mēſ͡rā (*sic*) *b* | latum?: longum (*ut v. seq.*) *b* | cui: qͥ (qui) *b* || 1610 ħ (hec) *b*

1611 *rubr.* Exitus ani fit signis causis speciebus *b* || 1612 ſrāns *b*

1620 *rubr.* Menstrua contenta signis causis speciebus *b* | Inperio *b* || 1623 quadrasesimus (*sic*) *b*

www.libtool.com.cn

exigit. ex quovis haec respiracula casu
deficiunt, necdum praescriptio temporis instat
praedicti. signum defectus grande doloris
supplicium caput infestans, fastidia, renum
et dorsi gravitas, oculorum livor obumbrans
radices, pondus ventris, stomachus vitiosi
nescius effectus, facie quandoque resultans
pustula deformans, in motu membra pigrescunt,
loturae carnis effusio vel picis instar
nigra fluit. Facit hunc defectum corpora causa
extenuans morbum, irae, ieiunia, cura
tristitiae, timor, excubiae, complexio sicca,
sanguinis emanans rivus cum naribus exit
vel fluxus aliunde fluit. tunc signa notabunt
ista fidem, macies, defectus, pallor adulter,
urinae tenuis substantia. Praepedit ista
humor viscosus, pinguis habitus, carnosa figura,
multus in urina, praecurrens grossa diaeta.
tempore quo reddi naturae debita leges
exposcunt nec nil augetur grossa deorsum
muscillago fluens, sub pectore pondus honesta
membra gravans, renes infestans passio, matrix

---

1624 casu: *cf. Io.* Menstruorum retencio seu ablatio aut est naturalis aut accidentalis. naturalis cum retinentur in senectute. accidentalis fit ex tristicia continua. gemitu timore ira ieiunio. vigiliis nimiis. Ex fluxu sanguinis per nares vel per emorroydas. et ex febribus. deficiunt item menstrua ex apostemate matricis. aut ex humoribus grossis et viscosis || 1626 *(pergit Io.)* Signa defectus menstruorum sunt dolor capitis. colli dorsi et oculorum. gravitas inferioris ventris. fastidium. malus appetitus. et (*l.* ut) carbonum tofi et similium. urina nigra vel eruginosa. aut quasi lavatura carnis (*sequitur cura*). *Io. hic utitur Constantino (viat. 6, 9), cum Ioanne conflat Platearium Egidius. cf. Archimatheus C. S. V, 358* || 1631 def$\overset{a}{\text{or}}$ns *b* || 1633 *iam sequitur Plateарii triplex causatio* || 1639 pped$^{t}$ (perpedit) *b* || 1642 n̄a (natura) *b* || 1643 $\overset{c}{\text{n}}$ nil *b* || 1644 musillago *b* (nuscillago *v. 1166. 1188, ut semper Platearius et Salernitani*) | honusta *b*

palpantis digitos inviscat. Frigiditatis
effectu si deficiant haec debita, pallor
corporis, urina tenuis spoliata colore,
sopitur ventris motus, praecordia stringens
algor sensibilis. tempus, complexio, vita
atque locus fidei quae sunt obstantia tollunt.
Mutato quandoque stilo fluit inmoderato
fluxu matricem depurgans sanguis. et huius
flegmatis est causa non numquam copia venas
abrumpens. nota fit super hoc complexio signa
sanguinis includens, venarum plectora, longa
otia, transgrediens mensuram longa diaeta,
uberior fluxus rubeus, color igneus oris.
Hunc fluxum quandoque facit cum sanguine mixtae
ignea vis colerae, quam prorumpentis acumen
sanguinis accusat dum venae mordicat ora,
et color affinis croceo, macilenta figura
corporis, affectus vultus ferventior, oris
citrini tenuis habitus, complexio sicca
et colerae rubeae generatrix larga diaeta
et calor aestivus. fluidus quandoque fluenta
haec generat sanguis. super hoc tibi sanguis aquosus
signa dabit, laticis fluidi qui clarus ad instar
fluctuat. his testis accedit aquosa diaeta,
verius inde fidem complexio praedicat uda.
lege retentivae laesa virtutis haberi
inde fides poterit, quia victis viribus oris
plenius exhausto tabescit corpore virtus.
Suffocat et laedit dum sursum tollitur, unde
passio nomen habet, matrix, dum turgida motus
abbreviat cordis et dum sublata meatus
pulmonis cohibet, dum sanguis menstruus eius

1652 *rubr.* De fluxu nimio M̄ *b* || 1653 depãns *b* || 1654 flematis *b* || 1658 rubẽs (rubens) *b* || 1665 et: Ex *b* || 1667 hͥ (hic) *b* || 1670 uda: vnda (*sic*) *b* || 1671 *cf. Barth. C. S. V, 35* || 1672 oris: *i. orificii matricis (ut v. 1658)*
1674 *rubr.* De suffocacione matricis *b* (*cf. Trotulae c. 4*)

clauditur obstruso fluxu fumoque soluto
matricis fundum sustollit, pectoris artat
concava, vel praeter solitum cum languida torpet
insopita venus renumque remittere motum
surrepens novitas causae compellit et usus
assuetos cohibet veneris, cum spermatis agger
corrupti virus generat vulvamque localem
permutare situm cogit dum fumus in altum
noxius hanc tollit. solet hoc dampnum viduarum
attemptare gregem, vel quas nova vota virili
a nexu cohibent, vel quas tutela coactas
absque viro castum docet observare cubile,
cum tamen hoc natura neget, vel quilibet humor
exsuperans fundumque replens matricis honestae.
Frigiditas quandoque parit morbique ministrat
causam, dum tractat matricis vincula, per quae
ancharum medium servans suspensa locatur.
Nuntia praeveniunt hanc penam debilitatis
insultus, coxae gravitas, et pectoris artans
circumquaque dolor partes. cum prodit in actum
passio, defectus sensus motusque per artus
exoritur, regitiva perit nec corporis aegri
membra movet virtus, vix inspiratio sensu
percipitur digitusque nequit discernere pulsum.
examinis patiens generat discrimen et infert
ambiguum, nutat phisicae rationis acumen

1679 subſtollitꝛ *b* || 1683 asuetos *b* | veneris: vētris *b* | aggᷣ *b* || 1688 a nexu: annexu *b* | quas tutela: p̄tutela *b* || 1690 natura neget: *cf. Const. viat. 6, 11* || 1691 honuste (*ut supra*) *b* || 1695 Nūccia ꝑveniunt (perveniunt) *b* || 1697 partes?: paucos (*sic*) *b* || 1703 phisice racionis acumen: *Plat.* nec in alio vita percipitur nisi in solo floculo lane naribus apposito. vel ex ampulla vitrea. ut dicit G. (*apud Const. viat. 6, 11*) *etc. cf. Io.* constringuntur spiritualia (*cf. Plat.*). sensus et motus toti auferuntur corpori. voce privantur. pulsus spississimus et defectissimus aut nullus invenitur unde mortue reputantur. Signum autem vite in eis hoc est. floccus lane naribus appositus movetur. vas parvum aque plenum super pectus positum movetur parum et in motu aque intelligimus vitam. confun-

www.libtool.com.cn

an necis an vitae certam pronuntiet horam.
Insultus iterat haec passio tempora certa
observans, superans in acumine lipotomiam,
durum continuans spatio maiore flagellum.
A pedicon differt haec passio, membra quiete
pressa iacent nec spuma fluit patientis ab ore
nec spasmus nervos retrahit nec palpitat artus
nec stertit patiens, quasi mortua membra quiescunt.
    Labitur inferius matrix quandoque localem
sedem permutans, dum pendit follis ad instar.
accidit hoc tribus ex causis, dum superantis
humoris vitio matricis laxa residunt
vincula vel sedes ⟨dum⟩ frigiditate lacertos
mortificat, dum destruitur spoliata vigore
lex contentivae conatu parturientis
et nisu nimio. si causa superfluus humor
exstiterit, crebro dictis hoc collige signis.
si sedes vel conatus, verbo patientis.
    Fluxus emorraiae exterminat, atque notatur
his signis, facie citrina, pondere coxae,
tortura ventris, renum gravitate, per anum

www.libtool.com.cn

---

duntur femine confiteri propter turpitudinem. Ratio $\overset{a}{q}_{3}$ (*sic*) pandat quod verecundia celat. precedit (*v. 1695*) hanc passionem mentis debilitas atque pigricia oculorum humiditas cruriumque defectus (*seq. cura*) || 1704 pronunciat *b* || 1706 lippotomiam *b* || 1708 apedicon *b*. *cf. Plat.* (differt a ceteris speciebus sincopis *etc.*). *Simon s.* pedicon grece vocatur epilensia, seu pedarion quod est puer eo quod pueris frequencius accidat Alexander proprio capitulo (*scil. de epilempsia: l. I c. 62*). contingit autem hec passio infantibus. propter quod pedicon aliqui eam vocaverunt || 1709 iacent: tacēt *b*

1712 *rubr.* De exitu matricis *b* || 1714 *cf. Io.* Exit matrix ex multitudine humorum adgravantium ipsam vel ex frigida sede vel ex frigido (*ex Trotula c. 5*) || 1716 sedes (*scil. super lapidem Trot. c. 5*) | dum *addidi: om. b* (*ubi* sedes frigiditate) || 1718 parturientis: paciētis *b* (parientis *Trot.*)

1722 *rubr.* De fluxu emorroydarum (*immo haemorragia matricis*) *b* | emorragiae (*vel* emorraiae *cf. Theod. Prisc. gyn. p. 244, 9*): emorroydas *b* || 1723 facies *b*

sanguinis eiecta stilla. fit acumine chymi
quem color insinuat croceus vel punctio mordax.
sanguinis ubertate venit, tunc plectora venae
et multus fluxus et praeter grossa diaeta
mensuram sint signa rei. si debilitate
virtutis contentivae, tunc corporis aegri
exhaustas vires circumspice. per medicamen
aut nisu nimio si fit, doceatur ab aegro.
   Naturae parit offensas occasio vulvam
efficiens sterilem, sed causis pluribus offert
hoc dampnum. maris ex vitio ⟨venit aut⟩ mulieris.
permanet haec mulier sterilis pinguedine multa,
haec macie tenui, quaedam fervore caloris
spermate consumpto, quaedam quia menstrua tardant
exitus, et quaedam nimio quia flumine venas
evacuant, quaedam quia vulvam torpidus algor
mortificat, quaedam quia siccat sperma receptum
ariditas, quaedam quia villos lubrica lenit
humiditas vulvae, quaedam quia torpida matrix
vertitur in sclirosim. si sit pinguedine multa
matrix obstrusa, sensus moderamine signa
corpus plectoricum, ventrem pinguedine fartum
luxuria dapis et potus. si causa sit ingens
ariditas, tenuis habitus, deperdita virtus,
pelliculae stomachi tenues, nimis arida matrix,
abbreviata suo defectu menstrua signa
sunt fidei. matrix si frigiditate nociva
mortificata negat fructum, pallor faciei,
segnities, dulcis veneris sopita voluntas,

1733 *rubr.* De sterilitate *b* || 1735 maris ex vico mulieris (*versus sine albo lacunam ipse explevi*). *cf. Io. cap. de s* Sterilitas interdum fit vicio mulieris interdum vicio viri . (= *Plat.* Impeditur conceptio nunc vitio viri nunc mulieris . . . 1741 ꝫ q̄dam *b* || 1743 torpida (*ut v. 1765*): tabida *b* || 17 signa (sig) *sic b* || 1747 luxuriā *b* || 1752 mortifica *b* || 17 veneris: venas *b* | volūptas (*sic*) *b* (*sed* voluntas *b v. 1755*)

www.libtool.com.cn

pallidus humoris color, haec sunt nuntia veri.
si calor exurit iniectum sperma, voluntas
exardet veneris, rutilat color igneus oris,
actio prompta virum stimulat, citus inpetus iram
excitat, urinam pingit calor. humiditatem
inmensam signat effusio spissa refundens
exsuperante modo mensam. superflua virtus
in coitu, matrix nimis humida, plurima sensus
instrumenta rigans humorum copia. sanguis
menstruus inclusus si causam parturit huius
defectus, vel si nimis auget flumina, signum
ex propriis inquire locis. si torpida matrix
vertitur in sclirosim, sensu mediante docetur.
Fit sterilis maris ex vitio nec germina promit
matrix, si nimiae brevitatis <virga virilis>
subsistit non attingens genitale sepulcrum
spermatis, aut si torta nimis non tramite recto
materiam generis inicit. quandoque virilis
humiditas fructum perimit, fideique notetur
indicium fluida vel multo spermate spissa
urina. si cauma viri sit causa nociva,
si veneris motus levis est et sperma subintrans
urit matricem, color oris praedicat ignis
ardorem, rutilat urina rubore, calore
succendit digitos palpantis corporis ardor.

---

1754 humore *b* || 1757 ꝓmta *b* || 1760 menſam (*sc. pro* menſ menſam *corrigens*) *b* || 1761 pl'ůīa *b* || 1764 ł nimis (*om.* si) *b* || 1765 inquire: *sicut Platearius* Signa causas et curas retentionis et fluxus menstruorum in propriis requiratis capitulis || 1768 virga virilis *scripsi pro* mᵘalis (materialis) *b*. *cf.* ex curta et tortuosa virga *Plat.* (Est etiam causa huius vicii tortura vie virilis virge quod intelligitur si non recte mingit. Et aufertur concepcio si vulva sit longa et magna et virilis virga curta *Ioannes*) || 1771 generis (gn̄is) *b* | quandoque *etc.* — ex mala spermatis qualitate *Plat.* || 1775 si veneris: inveneris *b* || 1776 urit: uiri (ˢvi) *b*. *cf. Plat.* (quasi exurens) | p̄dica (*sic*) *b*

www.libtool.com.cn

ariditas inmensa maris si germina tardat
naturae, sic percipitur, macie, brevitate
spermatis et visco tenui, de sanguine faece
educta. si frigiditas sterilem facit agrum
naturae, stimulat pigra delectatio renes
in venerem, pallet facies et detinet artus
segnities, albet urina. fides stabiliri
instabilis poterit, si sint tibi signa diaeta,
aetas atque locus varians, complexio, corpus.
Arteticam generat naturae noxius humor,
quo pedis inducit substantia laesa podagram.
nascitur in manibus nodosa ciragra. sciarum
laesa iunctura fit pena sciatica dura.
procreat hanc penam crapulae gula, grossa diaeta,
post escam stomacho satiato prona voluntas
in venerem. si sanguineus discriminis humor
causa sit istius, rubor et tumor et caro mollis
in laeso sint signa loco, complexio, vena
turgescens, maior vernali tempore pena,
pinguis et intensa iecoris faex, atque diaeta
aut aetas prima poterit tibi promere signa.
si colerae furor insistat, tumor abbreviatur,
aestas augmentat penas, croceoque rubescens
inferctus color artus inficit, et stimulatur
punctura membrum patiens, urina colorem
auri mentitur tenuis, nunc eicit anus
materiam similem, vomitu nunc fundit eandem

www.libtool.com.cn

1784 venere (venẽ) *b* || 1785 stabilire *b*
1788 *rubr.* De artethica *b. sequitur post matricis aegritudines sciatica sicut apud Platearium (et apud Constantinum in viatico 6, 18)* || 1790 sciarum = coxarum *Io.*): *cf. Simon s.* scia inde sciatica que grece dicitur ischia et ischiasis (*sic*). in scia sciatica *Plat.*, sciatica dicitur scie passio *Io.* || 1793 stō saciata (*sic*) *b* || 1794 discmí⁹ *b* || 1799 prima: *cf.* ultima 1810 | potit (*sic*) *b* || 1801 rubescens: rub'at (rubeat) *b. cf. Plat.* ex colore rubeo inmixto croceo (citrino *Io.*) || 1802 infeſct⁹ (*sic*) calor *b* || 1805 materiam similem (ſil'em *b*) *scil. coleram* (*Plat.*)

nausea, nunc subeunt fastidia. firmior ut sit
effectus, fidei loca sexus vita iuventus
ambiguae poterunt prorsus proscribere signum.
www.libtool.com.cn
si causam pariat ubertas flegmatis, aetas
ultima, debilitas sexus, complexio signis
praedita flegmaticis, hiemali tempore maior
passio, pallescens effusio turbida, laesus
infectus pallore locus, vel cruda diaeta,
vel crapulae submissa fames, vel potus inundans
ebrietate ⟨nimis?⟩ corpus, vel mansio brumae
perniciem confessa situ, tumor et patientis
maior mollities membri proscribere possunt
ambiguum. si terrestris mala parturit humor,
sit nota livescens membrum, faex sanguinis albens
et tenuis, brevior tumor, aeris algor acumen
irritans morbi, vitae pars ultima, membri
durities gravis, autumpnus, locus atque diaeta,
vis complexiva. si frigidus efficit humor,
est manifesta magis afflictio, frigida membris
esca nocet. si materiam contrarius humor
exhibet, infestat simili dare pascua malo
et magis affligit. causa quacumque nocente
nocturnus dolor esse solet violentior omnis,
cum negat incluso nox respiracula fumo.
  Templum naturae perimens contagio lepra
pluribus ex causis oritur. generante diaeta
sanguinis inmundi cumulum, cum terreus humor

---

1806 sb'eāt *b* || 1811 yemali *b* || 1815 Ebetate corpꝰ ł māsio brume (*sic*) *cum albo non recte posito post corpus b. deest* nimis (?) *vel tale quid* || 1817 pre(p̄)scribere *b* || 1819 livescens: livēs (livens) *b* || 1823 *cf. Barth. (C. S. II, 354)* Artetice vero due sunt species, alia enim fit ex calidis humoribus, alia ex frigidis. quae autem fit ex calidis, aut fit ex sanguine aut ex colera rubea *etc.* || 1826 exibet *b* | ſil'i dare paſſio malū (*sic*) *b. cf.* pabula *v. 1833* || 1828 omnis: hōīs *b*

1830 *rubr.* De lepra et causa et signis eius *b. cf. Barth. (C. S. II, 357 = IV, 362)* Elefantia quam lepram vulgus vocat ... || 1832 īm̄di *b*

pabula membrorum corrumpit, grossa diaeta
quem generat. super hoc exemplo sint asinina
et caprina caro, caules, milium, faba, lentes.
exoritur cibo, per quem nigrescit adustus
sanguis. in exemplo sint drimifagia, porrum,
allia, cepa, piper, senacio, salsa diaeta
extremae subiens aetatis tempora. noxa
aere corrupto prodit, cum mansio vita
alloquium nos infectis coniungit amicis,
cum subit amplexus coiens et dulcia vota
consummat cum qua carnali gaudia nexu
leprosus complere solet, vel tempore primo
conceptus si non licitis coeatur in horis
cum natura sibi persolvi debita quaerit
menstrua, materia cum corrupta caput ortum
embrio praecurrat. Hunc morbum nuntia signat
morphea quae vario distinguit membra colore,
artus mortificans stupor, exosumque refundens
qui fluit a pedibus vel asellis sudor odorem,
lubrica vel gliscens quasi sit pinguedine tacta
aut oleo perfusa cutis, raucedine vocis
<os> laesum, horrendum scintillans lucis acumen.
pustula producens scabiem quasi putridus exit

www.libtool.com.cn

1833 papula *b* || 1834 q̄ *b* | exemplū *b* || 1835 caules *etc. cf. Barth. l. c. (p. 358 = 363)* maxime a caulibus, a lenticulis || 1837 dimifrigia *b* || 1838 allea *b* | cepe *b* | senacō *b* (*cf.* senacion = senecion *Simon Ian s. vv. et s.* sedum). *Lex. alfita s.* senatio i. nasturcium aquaticum (*a quo differat senecio cf. s.* senecio = *cardus benedictus*) || 1839 extrema *b* || 1841 amicos *b* || 1842 nota *b* || 1843 9sūat ea$\overset{a}{q}$ carnalia *b* (coitu mulieris ad quam leprosus accessit *Plat.*) || 1844 *cf. Plat.* aut cum fit conceptio in tempore menstruorum || 1848 embrio (*sic*) p̄currat *b* | nuntia signat: *cf. antid. 4, 1525* preludia leprae || 1850 *Barth. (II, 358)* dormitio pedum et insensibilitas eorundem *cf. p. 361* (dormitio, *ubi IV, 366* formicatio) || 1851 qui: ꝗ (quod) *b* | asellis (= ascellis) *b* (*ubi* ſ = ſſ = ſc) || 1854 Lesū horrendū (*ab initio versus*) *b* (*om.* os *vel tale quid*). *cf. Barth. (C. S. II, 358)* scintillantem habent aspectum ... caro unctuosa *etc.*

sanguis percussa vena, cuius saniosa
tota superficies fetentem fundit odorem.
glandula, verrucae plures, caecus scrophularum
a pede vermiculus qui nomen sumit habundans
in multisque locis cursus serpiginis artus
occupat, insolitae subito per membra novellae
surrepunt maculae variae rursusque latentes
effugiunt visum, nunc formicatio carnem
irritat nunc pruritus. Bis bina pericla
continet haec species. delicto sanguinis una
nascitur, huic nomen alopicia. signa sed ista
sunt huius, rubor in facie maculaeque rubentes
artubus, in species percussa flamina vena
sanguinis offendunt nares, effusio fetet
urinae, gravis oris odor, calor advenientis
offendit tactum, mollis caro, turgida vena,
ulceris inmensa sanies cum sanguine mixta,
acceptans linguam placat sapor, inmoderati
officii veneris numquam sanabilis ardor,
plana supercilia, signo privata virili
mala carent ⟨pili⟩ lanugine sed tumor ortus
extendit, crebro fundit gingiva fluenta
sanguinis. Ex colerae prodit fervore secunda
leprarum species, tropice feritate leonis
dicta leonina, quam signat sacrior ira,
⟨vocis⟩ raucedo maior, corrosio mollis

www.libtool.com.cn

---

1857 fetēd[t] *b* || 1858 cec[9] *b* || 1863 *cf. Barth. l. c.* quibusdam pruritus cum scabie || 1864 bis bina: *cf. Const. viat. 7, 17 (de lepra)* est autem quadrifaria (*unde Plat. et Io.*) || 1866 allopicia *b* | sed ista Sunt huius: sed huius Sunt ista *b* || 1868 artubȝ ī spēs (*sic*) *b* | flamina: flāmẹ[i]a (*sic*) *b* || 1873 acceptans: *cf. v. 1901* || 1876 carens *b* | pili *addidi (cf. v. 2276)*: *om. b* | sed tumor ortus (*omisi* nares *ex gl. add.*): nares et tumor artus *b*. *cf.* nasus ingrossatur ... gene tument *Plat.* || 1881 vocis (?): ꝑn[9] (pronus) *b*. *cf.* vox est rauca *Io.* (*et versus similes quos habet Io. de Gadesden Angl. in Rosa med. ed. Lugd. 1502 f. 46a 2 — C. S. V, 89*

gingivae, cutis aspera, pustula dura coloris
citrini, nares contractae, gustus amarus,
parce membra tument, urina colore ruboris
aemula non pinguis, contractos occupat artus
spasmus, fissura iuncturas separat, arto
pauca <nimis?> sputans tussis thorace molestat,
instabiles artus tremor efficit, et quia tundit
ariditas sitis os siccat, furiosa voluntas
in venerem fertur. Species de flegmate prodit
tertia quam tyrus denominat. hanc manifestant
pallor et albentes maculae. cum squalida scalpit
membra manus, squamas albas ad furfuris instar
devellit digitus. sunt ingrossata tumore
membra, caro mollis, saniosum pustula fluxum
efficit, educit sputamina plurima tussis,
plurimus humectat oculos fluor, alba recondit
in fundum quandam saniem quae turbat eandem
faex epatis. cum detrahitur tibi sanguis aquosus
et crudus, fugat ambiguum. minus officit aestas,
acceptans sapor insipidus, sua debita reddit
nec tardat fluidus venter. Niger efficit humor
leprae postremae speciem, cui nominis usum
attribuit mediante tropo cui robora firmat
ossis durities elephas. haec signa notabunt

---

1882 g. c. a. postudara (*sic*) colores | citrini *b* (*in marg.* +) *cf. v. 1906*. *Plat. ed.* cutis exasperatur et rumpitur || 1883 cū tracte *b* || 1885 contractos (-t$^{9}$) *b* || 1886 arto: artū *b in marg.* + *b*. *cf. Io.* fissura manuum et pedum (*ex Const.*) || 1887 pauca spuēs tussis thoracē molestat (*sic def.*) *b*. *cf.* pectus siccum *Const.* || 1888 t$^{e}$mo efficit *b* | et (?): os *b* || 1890 fertur: furtī *b* || 1891 tyria (tiria) *Plat.* (dicitur a tiro serpente *Cophonis pr. C. S. IV, 502*). *cf. Viat. 7, 17 (de lepra) et 7, 10 (de morsu tyri serpentis)*. *cf. etiam Du Cange s.* tirus || 1892 pallor: pastor (*sic*) | albēſçēṣtes *b* || 1895 flux$^{9}$ *b* ($^{9}$ptula fiux$^{9}$) || 1897 pl'im (plurim$^{um}$?) *b* || 1898 q$^{a}$dā (quandam) sanies q̄ t. *b* (*cf. v. 2034*) || 1900 officit: effic$^{t}$ *b* || 1904 cui: $\overset{1}{t}$ (tibi) *b*. *in marg.* + *b*

www.libtool.com.cn

hanc speciem, dura terrestris pustula, nares
contractae, raucedo gravis, tumor abbreviatus,
ulcera sicca, teres oculus, color aemulus oris
livoris splenis, aspectus horridus, artus
ad motum pigri, tardantis debile ventris
officium, furiosa fames, contractio spasmi,
iuncturas fissura secans quae separat artus,
detractus sanguis niger aut livore notatus,
pallens et tenuis effusio, dura screatus
sputa ferens, tusses siccae, sapor instar aceti
escas effugiens acres. ne firma vacillet
aut nutet ratio, loca consule, tempora, vitam,
vim complexivam patientis sive figuram.
    Effimeram generant frigus, calor, ira, lavacrum,
cura, timor, studium, potus, cibus, ardor amoris,
tristitiae torpor, insompnia tempora, grandis
artubus infixus dolor, inmoderata laboris
atque viae gravitas. Si causam frigidus aer
parturit, os pallet, urina remittitur actu,

www.libtool.com.cn

---

1906 ꝓtula *b* || 1909 livori/splenis *b* | horridꝰ ꝫ artꝰ *b. in marg.* + *b* || 1910 pigri: piger *b* || 1914 ſura ſcreatꝰ *b* || 1916 effi$^{ns}$ *b*

1918 figuram: *sic (sine puncto) finit huius columnae textus, quarta fere parte vacua relicta. nescio an aliqua desint, cum et Platearius et Ioannes de morbis exterioribus (cutis) plura praebeant. sequitur in novo folio rubr.* Incipit de febribus et primo de effimera, *extrema scil. carminis particula quae ex cod. Bodl. Can. misc. 455 (ch.) ubi separata traditur (hoc titulo* Signa et cause febrium) *iam edita prostat apud Daremberg Not. et extr. des mss. méd. Par. 1853 p. 178—197 (versuum 471). incipit autem sine omni praefatione, sicut apud Platearium* || 1919 generant *d*: -rat *b* || 1922 infissus *d* || 1923 *Causas singulas exequitur Egidius, cum recuset Platearius, quia ex eis* 'quomodo nascatur febris manifestum est, et ideo ad presens pretermittendum ne nimia prolixitas pariat fastidium'. *fastidium scil. non curat poetae loquacitas, nec recusavit Ioannes apud quem ultimam partem operis (ut apud Egidium) et librum quintum faciunt febres. sequitur Passionarium (Gal.) 6, 14 et Viaticum 7, 1* || 1924 palle(t) *d*: pallens *b*

occurrit parce calidum. corpus, locus, aer,
pars anni recipi poterunt super hoc vice signi.
Occurrit calidi plus quam lex exigat artus,
si calor aut ira, solito plus ignea lucet
urinae facies, vultum rubor occupat, actu
naturae pulsus veloces implicat ictus
et fortes. Si causa mali fit cura, labores,
insompnes noctes, studium, furiosa voluntas
in venerem, macies vultus oculusque sepultus,
deficiens virtus, facies citrina, remissis
ictibus arteria pulsans, ignavia membris
segnitiem generans, tardis aspectibus instans
et piger ad motus oculus, quasi pondere pressa
palpebra dependens. rutilans effusio firmat
ambiguum. Si temporibus natura ciborum
cauma parit vel vina modum transgressa bibendi,
puncturae stimulus epar aggravat, aemula flammae
scintillans urina rubet, se sensibus offert
effrenis per membra calor. Si causa doloris
passio fit membri, sensu moderante docetur.
Offendens lavacrum signat cutis aspera dura

---

1925 *pro hoc versu (quem male legit Dar. sic* Occurrunt, parce calet corpus *etc.) b infert aequaliter incipientem (infra v. 1927), habet tamen recte* poterunt *v. seq.* || 1927 *hunc v. (pro quo alterum* Occurrit parce cal'm *hic posuit b) post v. 1929 dedit D., scil. in cod. b ponuntur sic qui mihi sunt v. 1924. 1927. 1926. 1925. 1928. 1929. 1930, sed apud Dar. sic 1924. 1925 (corruptus). 1926. 1928. 1929. 1927 (!). 1930* || 1930 *hic (post* occupat actu *v. 1927) versu de loco suo deiecto legitur in d* Occurrunt, calor (*sic Dar.*) plus quam lex exigat artus (*ut supra v. 1925 b*) || 1934 *cf.* oculi concavi, palpebre molles et graves ad movendum tarde *Io. (Gar. 6, 14 = Gal. ad Glauc. XI, 12 Lips.)* || 1935 arteriā *b* || 1936 segnicies *b* || 1937 oculos *b* || 1939 Si temporibus *b*: speciebus (!) *d* || 1941 *cf. Io.* intelligitur per urinam nimium coloratam et dolorem et calorem epatis (incendit sanguinem calore sui et spiritum naturalem qui epar inhabitat *etc. Const.*) || 1943 effrenis: (*sic*) *bd* || 1944 fit *b*: sit *d* (*item v. 1931*) | membris *b* (ex bubonibus *Io.*) || 1945 lavăcrum (*sic*) *bd*, *ut de ur. v. 12 etc.*

www.libtool.com.cn

tactu, quae manibus fundit palpata morosis
fumum, postremo qui libertate meatus
concessa claudi renuit porisque reclusis
exhalat, digitos urens fervente vapore.
Tres e t h i c a e species distingunt signa. notatur
prima calore cibum sumptum breviore sequente,
occupat urinae partem pinguedo supremam
praetendens olei formam. sunt signa secundae
furfur in urina volitans, pinguedinis instar
aut olei pars summa micans, minor inpetit artus
ardor ieiuno stomacho, qui sumit ab esca
laedendi stimulum. species postrema flagellat
officiens membris aequaliter omnibus horis,
fundum crimna tenent urinae, cuius olivae
praetendit prorsus substantia spissa liquorem,
non residet sublata cutis sed tracta superne
in coni speciem nescit suspensa reverti
ad sedem solitam, digitis nisi pressa deorsum
mittatur. Tribus haec communia sunt speciebus

www.fbtool.com.cn

---

1946 morosis *bd* *i. e.* mŏrosis = *immorantibus, quasi a mŏra. cf. Const. viat. 7, 1* Febris ex balneis aquae stipticae et desiccatione cutem duriorem et sicciorem reddit quam illa ephimera quae ex frigiditate fuerit. quae cutis si manibus tangatur, apparet quasi infusa aliquandiu in galla cum mali granati corticibus. cum autem manus in locis i m m o r e t u r aliquibus, quae ex impositione manus ipsius calefiunt, sentitur fumus exiens a corpore acutus (*Gal. ad Gl. XI, 13*) || 1948 concessa *b*: cum cessat *d* | poris (pōīs) *b*: portis *d* || 1949 exalat *bd*

1950 *rubr.* De ethica *b* | tres: *cf.* tertia sive secunda *ant. 2, 553.* tertia *ur. 285 etc.* | distīgūt (*sic*) *b* || 1951 cibum sumptum *d*: sūptū cibū *b* || 1952 supremam *Dar.*: -da *bd* || 1955 pars summa m., minor *d*: suprema micans nitor. *b* || 1956 qui (q̊) *b*: que *d* || 1959 crimna *Dar. qui confert Egid. de ur. 285* crimnodes (*quod ex Theophilo citat etiam Platearius cf. Io.* interdum resolutiones similes petalis aut furfuribus aut crinnis *sic Amplon.*): crina (?) *d*, cuína *pro* cmna *b*. *cf. Simon s. krynoides* (ad modum farris *Plat.*) | tenet *b* || 1964 cōīa *b* (*Plat.*): omnia (oīa) *d*

signa, volas calor incendens plantasque perurens,
tensa cutis frontis, et concava tympana, nares
contractae, macies, intensa effusio, pulsus
velox, infossus oculus, varius color oris
nunc rubeus nunc citrinus, diffusa per artus
debilitas, respirandi turbata facultas.
Haud dubiis mors his ethici vicina notatur
signis, si rigidos ungues flexura recurvet,
si fluxus ventris, comes est iactura comarum,
si natura cibum fastidit, si super unda
eiectum sputum laticis suprema liquenti
turbat et ingrossat pinguedine si moveatur.
  Flegma quod artificis naturae munere prodit
putrescens typicae generat discrimina febris,
et quavis iterat renovatque pericula luce,
cum non contineant hoc vascula sanguinis. huius
indicium morbi fit primo pallida pinguis
post modicum citrina vel inferiore propinquo
humorum faex tincta gradu. comes inpetit artus
algentes tremor inmensus lentique caloris
fax sequitur. solet haec artus invadere febris
noctis principio, cum flegmatis aemulus aer

1965 volas (*Plat.*) *d*: volas *b* (*cum linea supra* ās *postea deleta*) *cf. Plat.* calor in volis manuum et pedum || 1966 *cf. Io.* Color cutis est obscurus, lividus vel citrinus. tempora plana. membra comitata (*sic Ampl.*) nares acute ... || 1967 intensa (*cf. Eg. ur. 142*) *db* = pinguis (*Eg. ur. 259 i. e.* urina oleagina *Plat.*) || 1968 infossus *b*: insomnisque *d* || 1969 diffixa *d* || 1970 inspirandi *d* || 1971 ethici (*sic*) *db* || 1972 rigidos *d*: frīos (frigidos) *b* | recurvet *d*: recuctí (*vel* recutti *sic*) *b*

1977 *rubr.* De cottidiana interpolata de flegmate naturali *b* | ñe *b*: nunc (nc̄) *d* ('de flegmate naturali' *ant. 3, 1041. 1218. cf. Plat.*) || 1978 tipice *b* || 1979 qͣvis (quamvis) urat r. *b*, quavis iterat r. *d* || 1980 contineant hoc *Dar.*: continuant hic ($\overset{1}{\text{h}}$) *b*, contineat hec *d*. *cf. ant. 3, 433—34. cf. Plat.* interpolata febris est illa que fit ex materia putrefacta extra vasa || 1982 mōīcū *b* | inferiore *b*: -ra *d* (*cf. Plat.* subcitrina) || 1984 lenti *d*: lentis *b* || 1985 fax *d*: lex *b* | $\overset{1}{\text{h}}$ *b* || 1986 noctis *d*: natis *b*



www.fhbtool.com.cn

www.fibtool.com.cn

natura simili disponitur. absque sapore
escas mentitur sapor insipidus, faciei
pallor, in accessu sitis abbreviata, remissus
et mollis pulsus, dolor intestina molestans
aut stomachum renes aut occiput, acrius instans
passio bis senis horis bis terque flagellans
parcius et totidem vera latitura quiete,
ubertas sputi, pulsus muliebris et aetas
frigida, consimilis complexio, flegma diaeta
instaurans, tempus hiemis, natura locorum,
si dubitas, fidei portant inspecta sigillum.
Si febris ex dulci sit flegmate, promitur oris
accepto gustu, venae pulsatilis ictu
molli quem fortis disponit motio. faecis
spissa negat radiis aditum substantia visus,
subrufo rufoque micans quandoque colore.
frons gravis est oneris, comes est putredo rubentis
aurorae, nullus praecurrit vel brevis algor,
sed calor exurit corpus, sitis abbreviatur,
vix veram confert membris brevis hora quietem,
horrenti stomachi faex nares laedit odore.
Ex salso typicum productum flegmate morbum

---

1988 metitur *b* || 1991 *hic v. 1991 male ponitur post v. seq. 1992 in b (ubi ad v. 1993 in marg. +)* | occiput *d*: capud *b* || 1993 pcius *b*: pacius *d* | vera latitūā quietē *b*: veram latura quietem *d*. *cf. Plat.* XVIII horas habet in labore ad plus et VI. in vera quiete (*Io.* Cotidiana XII horas in summo labore. et VI in falsa quiete et VI alias in vera quiete) || 1995 ***hunc** v. (1995) plane om. b* || 1996 instaurans *d*: insta uriās (*sic*) ***b*** || 1997 inspecta *d* (*cf. v. 2045*): inscripta (īſc'pta) *b*

1998 *rubr.* De cottidiana ex flegmate dulci *b* | Si . . . sit ***d***: Sed (S3) . . . si *b* || 1999 accepto gustu: *cf. Plat.* adest dulcedo oris || 2000 quem *d*: quam (q̃) *b* (*cf. Barth. C. S. IV, 341 = II, 750* pulsus velox et spissus, mollis et plenus) | deponit *b* || 2001 *cf. Plat.* urina rufa vel subrufa per totum spissa || 2003 oneris *d*: hom̃ (horam) *b* (capitis gravedo *Plat.*) || 2004 aurorae: circa mediam noctem ascendit *Plat.* || 2005 sed *d*: si *b* | abbreviata *d* (*cf.* fit febris . . . sine siti *Io.*, sine tipo *Plat.*)

2008 *rubr.* De cottidiana ex flegmati salso *b*

insinuant linguae salsus sapor, hora flagellum
nona mali renovans, fervoris praevius algor,
consimilis minio faex sanguinis et mediocrem
nacta statum, pulsus velox et fortiter instans,
pruritus, reboans crebro tinnitus in aure.
escarum sopitus amor, sitis inmoderata,
ad noctis mediam stimulus protenditur horam.
   Febris acetosi tibi praestat flegmatis ortum
copia. membra quatit, cum vespertina laborem
emeriti solis membris latura quietem
caligo resecat, et subcitrina remissa
pallenti similis mediocriter attenuata
faex epatis, calor algorem brevis inmoderatum
subsequitur, gravitas onerosis artubus infert
segnitiem, cibus in gustu vel potus acescit,
debilis et segnis est pulsus, in parte sinistra
pneumatosis maior stomachi, digestio cruda,
rara sitis, ructus acres, vix debita solvit
venter, sumendae dapis est effrena voluntas.
   Flegmatis effectus vitrei sunt, inpetit artus
insultus primo vehementi frigore, lenti
frigdorem sequitur fervoris flamma tepescens,
pulsus in insultu brevis est et debilis, horis
nocturnis renovat febris exitiale periclum.
limpida resplendet albens urina, globosa

www.libtool.com.cn

2011 minio *d*: írcímo (*sic*) *b* (urina rufa vel subrufa *Plat.*) | mediocrem *d*: -cris *b* (mediocriter tennis et mediocriter spissa *Plat. cf. Io.*) || 2012 pulsus: *cf. Io.* pulsum velocem et spissum, sitim et nausiam ... || 2013 reboans *d*: rubrās *b*

2016 *rubr.* De cottidiana ex flegmate acetoso *b* | prestat (prāt) *b* (-stant *d*) | ortū *b*: orti *d* || 2018 emeriti: emeritis *d*, enūati (with superscript a) *b* || 2019 resecat *bd*. *cf. Plat.* in sero incipit affligere || 2022 honerosis *b* || 2024 est: *sic db* | in *b*: *om. d* || 2025 pneumatis est m. (?) *d* || 2026 ruptus *b* (rutus ? *d*) || 2027 dapes *b*

2028 *rubr.* De cottidiana ex flegmate vitreo *b* | eff'c *b* | sunt *b*: febris *d* || 2029 insult⁹ *b*: -tu *d* | frigore (*hic*) *b*: frigdore (*male*) *d* || 2030 frigdorem *d*: -re *b* || 2033 *cf. Barth. in Coll. Sal. II, 751 (pract. C. S. IV, 342)*

in fundo, ceu sit per frusta globus glacialis
dispersus, sed cum forti virtute caloris
terrea materies dissolvitur, attenuatur
www.libtool.com.cn
per totum multoque venit cum flumine morbi
finem portendens. gravis intestina molestat
tortio vel stomachum cum putrida causa locatur
in villis, mucos fundit cum faecibus anus.
pectoris angusta testudine putrida clausa
materies tussim movet emittitque globosum
atque tenax sputum. vultus color, hora, diaeta,
aetas, natura, locus et genitale sigillum
naturae perspecta fidem poterunt stabilire.
    Simplicis insultum tritei lux tertia quadam
lege mali replicat, alterque gravamina nescit
tranquillus lenisque dies, sed duplicis instat
quovis pena die. rubeae putredine namque
orta febris colerae, cum praeterit hora diei
tertia, membra quatit, rigor ingens praevius instat,
et fax succedens inmensi caumatis artus
accendit. ratio nonnumquam turbida fumo
febris in accessu delirat, tempora, frontem
et dextram partem capitis pressura doloris
maior dissolvit, privatur munere sompni
palpebra. bis senis gravius torquetur in horis

---

2034 ceu sit *d*: crescit *b*. *cf. Plat.* in egestione quiddam apparet in modum vitri vel glaciei || 2035 sed cum *d*: secum *b* || 2036 terrea *d*: ferrea *b* || 2037 morbi finem p̄tendens *b*: finem protendens morbi *d* (portendens *Dar.*) || 2040 in villis *d*: in nullis *b* (*Plat.* dolor sentitur circa loca in quibus continetur materia) || 2042 movet *b* (*Dar.*): vomit *d* || 2044 genitale sigillum nature: *id est* sexus *glosa d* || 2045 perspecta *d*: p̄scripta *b* | poterit *bd*

2046 *rubr.* De terciana simplici et duplici *b* || 2047 reputat *b* || 2048 leuís (*sic*) *b* | sed duplicis (*sc. tritei*): *cf. v. 2104* | instar (with t written above) (*sic ips. corr.*) *b*: instat *d* (*sed* instar *corr. Dar.*) || 2049 rubea *d* | nāque *b*: nexa *d* || 2050 col'e (colere) *b*: colore *d* || 2052 succēdēs *b* || 2053 turbida *b* (*Dar.*): turbata *d* | fumo *b*: summo *d* || 2055 doloris *d*: -rē *b* || 2057 torqueris *d*

aeger, cui totidem fallaci membra quiete
respirant, veram dat bis duodena quietem
hora. citus pulsus cum forti verbere crebros
ictus inculcat, tenuis substantia faecem
sanguinis informat, rubeo quae tincta colore
dispergit radios oculi, tinnitibus auris
intonat. In stomacho si putrida causa locatur,
nausea prompta venit, magis os offendit amarus
gustus, crebro venit fumosi turbinis instar
ructus, avara sitis, os siccans atque palatum
ariditas maior, puncturam tortio ventris
concomitans, morsus stomachi suprema lacessens.
Intestina tenens occasio putrida torquet
suppositas umbilico graviterque flagellat
partes, egestas faeces quas eicit anus
assimilat tinctura croco. Si fellis in aede
aut epatis sima putrescit causa doloris,
maius supplicium, maior tortura redundat
in partem dextri lateris, magis aemula flammae
faex epatis rutilat, croceae quam crebro coronat
ampla superfluitas spumae. Si pectoris artat
concava materies putris, sitis arida guttur
exsiccat, cui plus confert contractio crebra
aeris algentis quam potus copia, tussis
et raucedo nocent. hanc febrem crebrius infert
aestatis fervor, plaga torrida sicca, iuventus,
causa cibus colerae, complexio fervida, sexus
dignior. Ex colera citrina putrida febris
exoriens, primo frigdoris acumine membra
quassat, post leni succedit caumate sero

---

2061 inculcat *d*: insultat *b* || 2062 quae tincta: q̄ cuncta *b*, quoque tincta *d* || 2063 dispergit *d*: dispd$^{t}$ *b* || 2065 venit *d*: vōit (vomit) *b* || 2066 gustus ... instar: *hunc versum om. d* || 2069 letescens *b* (*cf. v. 142*) || 2071 umbīlico *cf. v. 1095. 1131* || 2073 ede: cisti fellis *Plat.* || 2074 syma *b* (*gl.* concavo *d*) || 2079 putrix *bd* || 2084 causa *d*: *deest in b (cum cartae angulo deletum)* || 2085 dignior: masculus *gl. d* || 2087 succendit *d* (*ut b v. 2052*)

www.libtool.com.cn

infestans, summosque gradus est nacta coloris
citrini rutilans effusio, quam mediocris
plus tenuis firmat substantia. signa minoris
insinuant pene stimulum. nam gustus in ore
parcius offendit, sitis est brevior, dolor instat
lenius et pulsus torpescit tardior ictus.
Facta vitellini febris putredine chymi
in vespertinis offensam frigoris horis
primitus inducit, lenisque caloris acumen
subsequitur. subcitrinum transgressa colorem
haud multum rutilat epatis faex et mediocris
plus tamen in tenuem vergens, et signa remittit
aut hebetat notha materies, quibus auget acumen
vera. solent haec et sibi proxima cauma febrile
in longum tempus protendere fine remoto.
Simplicis insultus quartanae quarta resolvit
sed replicat tormenta dies, sed duplicis unum
tranquillum transire diem permittit acumen,
et sibi contiguis geminis tormenta diebus
infestant aegrum. qui cessat luce sequenti,
naturae niger humor opus. regio borealis,
aetas postrema, complexio frigida sicca,
morbidus autumpnus, instaurativa diaeta
humoris quarti, sexus caractere laevo

2088 caloris *d* || 2089 *cf. Plat.* urina citrina mediocriter tenuis, plus accedens ad tenuitatem si ex colera citrina fuerit || 2091 insinuant *d*: -at *b* || 2093 lenius *Dar.*: leuíꝰ (levius) *bd* (*cf. v. 2048. 2096*) || 2095 horis *d*: horam (hom̃) *b* || 2096 primitus *d*: pruritus *b* | lenis *Dar.*: leuis *bd* || 2098 mediocris *b*: -crem *d*. *cf. v. 2089* || 2100 ebetat *bd* | notha *b*: nova *d* || 2101 ſibi *b*: tibi *d* || 2102 fine *b* (*ut voluit Dar.*): *om. d*

2103 *rubr.* De quartana simplici et duplici et de earum differentiis *b* || 2104 ſʒ *b*: et *d* || 2106 et (ꝛ) *b*: ex *d* (?) | contiguis *d*: continuis (ꝯtinuiꝰ *sic*) *b*. *cf. (Gar.) Pass. 7, 9* in duplici quartana biduo ab initio febriunt, in medio habent unum diem sanum, et biduo iterum febriunt (*cf. C. S. III, 26*) || 2107 qui *b*: quod *d* || 2108 naturae n. h. opus: *scil.* ex melancolia naturali (*opp.* innaturali) *Plat.* (*cf. C. S. III, 23*) || 2109 postrema *b*: proxima *d* || 2110 dietạe (*sic*) *b*

www.libtool.com.cn

signatus tibi tetratei sunt nuntia veri.
febris in insultu patientis dissipat artus
algor et horrenti constringit membra tremore,
www.libtool.com.cn
quem calor insequitur lentus, duratque per horas
pena quater senas. duplicato membra quiescunt
horarum numero, donec restauret acumen
putrida materies, quae summo turbine cordis
inpetit angustos motus. urina caloris
indicat effectum, cum iam sua iura resolvit
hora paroxismi, quae sic sub luce sequenti
tincta manet, sed ab insultu cum membra quieti
mancipat hora, micat albedine splendida visus
admittens radios tenuis substantia. luce
quae morbi finem spondet, si forte triumphat
in morbum natura nigret, cum putridus humor
eiectus mixtusque simul cum faece colorem
appropriat tribuitque suum. Sub vespere pena
inchoat, osque sapore vigil mentitur acetum,
haud multum velox pulsus cum verbere duro
inmutat, digito cum crebro suppetit, ictum.
febris in incessu livent extrema, recusat
sompni delicias oculus vigil, artubus aegris
segnities inferta manet, quandoque tumore
tibia turgescit, pedis ingrossata minatur
ydropisim caro, dum durat facit horrida sompnus
sompnia, quae spleni pars est annexa sinistra

---

2112 signatus *d*: ſigtͧꝰ *b* (*sic male deleto* t = signa) | tetrathei *bd* || 2113 patientes discipat *b* || 2116 duplato *d* || 2118 q̄ sūma *b*: cum forti *d* || 2119 Inpetͭ augustꝰ motꝰ *b* || 2121 ꝓxī *b*, parossismi *d* | sic *d*: n̄c (nunc) *b* | sequentis *b* || 2123 māticipat *b* || 2125 forte *d*: sponte *b* | triumphat *b*: -phet *d* || 2126 natura viget *d*, mīctura nigret *b* (*cf. de ur. 21, C. S. III, 23*) || 2128 aꝓpiat *b*: approbat *d* | suum *b*: situm *d* | penā *b* || 2129 sapore vigil (*sic*) *b*, sapor vini *d* || 2130 haud *d*: hāt (*vel* hāc) *b*. *cf. v. 2169* || 2131 digito: -tum *bd* || 2132 incessu: incensu (īcēſu) *b*, accessu *d* || 2134 inferta: inserta *d*, infirma *b* || 2136 ydropisis *d* (-sim *b*) || 2137 splenis (spleni *Dar.*) *d*: īpleta *b* | annexa *d*: anoxa *b*

pondere comprimitur, stomachi baccatur in escas
affectus, quae naturae consueta requirunt
iura negat venter. Non verae signa recludunt
www.libtool.com.cn
quartanae color urinae qui caumata fassus
continue rutilat, rigor instat praevius, ardor
fortis subsequitur, pulsus velocior ictus
multiplicat, febrisque rigor sua tempora mutat,
nam nunc anticipat nunc instat tardius horis.
citrinus color est, sitis inmoderata palatum
desiccat, quandoque sonant tinnitibus aures,
nausea nonnumquam subrepit, saepius anus
materiae fundit signum, dolor instat acutus
verticis attingens partes. triteique sequela
esse solet vel continuae, fervore nocivo
aestatis veniens, vel cum subit ariditate
autumpnus res exsiccans. fervens plaga, vita
augmentans colerae cumulum, complexio sicca
et fervens vero dubios examine firmant.
 Errans exterius infrigdat epiala corpus,
dum calor interius fervet, versoque tenore

---

2138 stomaci *d*: sto$^9$ (stomachus) *b* || 2139 affectus *d*: affectat *b* | $\overset{u}{\text{ne}}$ (nature) *b*: nunc (= $\overset{c}{\text{n}}$) *d* | requirunt *d*: -rít *b* || 2140 non verae: *sequitur de quartana non vera (notha) is est (ut ait Plat.) ex aliis humoribus facta (cf. Pass.)* | recludit *b*, redundant *d* || 2141 $\overset{1}{\text{q}}$ caumatae (*sic*) fastus *b*, que caumata faxus (= fassus) *d* || 2142 p̄ui$^9$ *b*: primus et *d* || 2150 *cf. Barth. C. S. IV, 344* || 2155 ꝛ fervens regio verum examine firmat *b* (*cum signo* +)

2156 *rubr.* De epiola et lipparia *b* | ext$^a$t$^9$ (*pro* ext$\overset{s}{\text{i}}$$^9$) *b* | epyola *b*. *cf.* ἠπίαλος *et* λειπυρίης *apud Foesium in Oec. Hipp. p. 264 et 379. de quibus dixit Io. de S. Paulo in extremo libro quinto sic* Epiala fit ex flegmate vitreo cuius pars in interioribus putrefit pars in exterioribus corrumpitur. et non putrescit. ideoque interiora incenduntur et exteriora infrigdantur. In lippario econtrario interiora infrigdantur. exteriora calefiunt et ardent. nascitur ex colera in exterioribus putrefacta et ex flegmate vitreo. vel ex humore melancolico intrinsecus corrupto et non putrefacto. utraque periculosa est et ad curandum difficilis et artificiosa Febres errantes *breviter exp. Plat.* || 2157 interius *b*: exterius *d*

exterius fervet lipparia, dum quatit artus
interius torpor, quem noxius efficit algor.
www.libtool.com.cn
In venas gestans causam putredinis humor
continuae generat metuenda pericula febris.
flegmatis exortam vitio tibi promere possunt
maior ter senis pressura laboris, in horis
bis ternis moderata quies. cum flegmatis hora
infima disponit, cum lux expulsa diei
incitat ad sompnos oculos, renovata resurgunt
plus solito febris incommoda, pallor obumbrat
nec sinit in facie flammam rutilare ruboris.
haud velox pulsus cum molli verbere raptos
ingerit et renovat ictus. urina superne
appositis manibus livet citrina colore
per totum spissa. raro sibi pocula poscit
castigata sitis, animales inpedit actus
subrepens quandoque stupor, lentus calor artus
incendit, turget vultus, succincta quietos
in sompnos oculi turgescit palpebra, ventrem
distendit gravitas, parcus dolor aggravat artus.
crebrius hanc inducit hiemps aut ultima febrem

---

2158 lipparia *b*: liparia *d* | quatit *d*: q̄rit *b* || 2159 algor *b*: humor *d*

2160 *rubr.* Incipit de continuis et primo de cottidiana ex flegmate || 2162 exortā vicō *b*: exoritur vitro *d* (?) | pn̄t *b*: posset *d*. *cf. Io.* Cotidiana continua fit de flegmate putrefacto intra vasa. Cuius signa hec sunt. urina alba et spissa. pulsus mollis. latus et tardus. et inequalis. quia quandoque fortis quandoque debilis. facies tumida et subalbida. sitis modica. aut nulla. X et VIII horis habet in summo labore et VI in falsa quiete. fit sine rigore et frigore (*seq. cura*) || 2163 seriis *b* (*sed in marg.* +) || 2165 lux *b*: nox *d* || 2166 resurgunt (r'ſgūt) *b*: resurgens *d* || 2167 pall$^{u}$or (*sic*) *b* || 2168 sunt *d* | flamma rutilante *d* || 2169 *hunc versum om. b* || 2170 ictusque (ict$^{9}$ qȝ) *b* || 2171 appositis manibus: *cf. v. 2263* || 2172 possit *b* || 2173 animales *d*: cunales (*sic*) *b* | impedit actus *d*: īpet$^{t}$ artus *b*, *qui om. versum seq.* (subrepens — artus) || 2175 succīta *bd* | quietos *b*: quiete *d* || 2177 ꝑt$^{9}$ *b*: prius *d* || 2178 yemps *b* (hiems *d*)

aetas vel laevus sexus vel tempora prima
aetatis tenerae vel desidiosa senectus,
vel plaga frigescens, generans vel flegma diaeta,
aut signata notis complexio flegmatis. hora
cretica materiae durae gravitate moratur.
Putrida materies qua causon destruit artus
clauditur in vena gracili quae proxima cordi
pectori pulmoni stomacho loca continet. huius
collige signa siti nimia, nigredine linguae,
fervoris flamma, stimulo vehemente doloris,
pulsu veloci duro qui fortiter instat
et crebro, mixta tenui mediocriter atque
spumosa faece iecoris, tinnitibus auris
insompnes oculis horas ducentibus omnes,
et modica requie — rutilans aurora diei
praenotat adventum, si palpebra munere sompni
gaudet, in ignitis versantur sompnia flammis.
Accusat coleram facies citrina rubore
commixto, dolor in dextra plus parte flagellat,
infestatque caput nimius, venterque rebellis
materiae retinet quae solvere iure tenetur,
exardent oculi rutilans quos flamma ruboris
accendit, pungit colerae furor et magis instat
his punctura locis ubi causa nociva locatur.
huic adiuncta malo sunt aestas sicca, iuventus

---

2181 vel pl. fr. *d*: frigescens plaga (*om.* vel) *b* || 2183 cretica: *cf. Simon. s.* creticus dies a crisi i. iudicativus. sed grecus criticus

2184 *rubr.* De causone *b* || 2185 in vena gracili = in tenuissimis (subtilissimis *Io.*) venis oris stomachi cordis pulmonis et epatis *Plat.* (*Io.*). in venis cordi vicinis *Const. viat.* 7, 2 || 2190 mixto *b* || 2191 yecoris *b* | aures *b* || 2194 si palpebra m.: sed palpebra munere *b*, morbi (*male*) munere *d* (m. si munere *Dar.*). *cf. Io.* requies nulla. circa mane modica remissio || 2196 citrino *d* (-na *b*) || 2197 commixta *b* || 2198 nimius *d*: nimius color (*add.*) *b* || 2199 materie . . . iure *b*: nature . . . iura *d* || 2203 *sic d*, *sed b habet* hīc addit malo complexio (9$^{o}$) sicca. minatur (mīat$^{9}$) *cf. Const. viat.* 7, 2 de colera . . . nascitur ut plurimum in iuvenibus, quorum complexio

www.libtool.com.cn

inpetuosa, plaga torrens, ignita diaeta,
sexus agens, portans colerae complexio signa.
septima crebro solet huic finis tempora febri
www.libtool.com.cn
accelerare dies et creticus ocius instat
terminus absolvens aegrum, vel dampna minando
naturae mortis venturae praedicat horam.
    C o n t i n u i  t r i t e i  renovatum maius acumen
tertia lux renovata facit. discrimen in horis
augetur colerae, bis senas summa per horas
passio continuat penam totidemque remittit
parcius affligens. urina rubore relucet
consimilis, tenuis mediocriter atque superne
obscuram retinens faciem. cum causone febrem
concordem faciunt hanc cetera signa, sed illa
acrius infestat, minus hanc comitatur acumen.
    L e n t u m  c o n t i n u a t  febris  q u a r t a n a  calorem,
cum niger in vasis putrescens clauditur humor,
horaque supremum dat bis duodena laborem,
et morbi numerus minuit geminatus acumen
horarum falsa requie, dum membra resumunt
virtutem, quartoque die revolutio morbi
penas augmentat. tardatur motio pulsum

---

naturaliter calida et sicca est, et maxime in estivo tempore ... || 2205 portēs *b* || 2206 septimo *d* (-ma *b*) *cf. v. 2270* | crebrŏ: (*sic*) *bd* | tīpora *b* | febri *d*: filis (*sic*) *b* || 2207 accelerata *d* (*corr. Dar.* = *b*) | ocius *d*: ccius (e *above*) *b* || 2208 vel nūando (numerando) | ne (a *above*) *b*, vel damna minatur | mature *d*

2210 *rubr.* De terciana continua *b* | renovatum *d*: renovat si *b* || 2213 *cf. Io.* affligit parcius horas (*lac.!*) in summo labore et per XXIIII horas in falsa quiete || 2215 consimilis: *sc. cum causone, ubi sec. Plat.* urina apparet rubicunda vel subrubicunda et tenuis quadam nigredine superius obumbrata || 2216 causone: *ut* causon *nom. ap. Io.*, in causone *Plat.* | febrem *d*: febre *b* || 2218 *hunc versum om. b* (*post* ſʒ illa *seq. rubrica*)

2219 *rubr.* De quartana continua | Lentum *b*: Tantum *d* (*Dar.*) || 2220 niger *b*: magis *d* || 2222 ~~gnt~~ (a *above*) geīat⁹ (*ips. corr.* = *Dar.*) *b*: generatus *d* || 2223 resumant *b* || 2224 quarto (*om.* que) *b* || 2225 motio pulsum *d*: medico (*sic*) puls⁹ *b*

efficiens, duro dum pulsans vena flagello
inmutat digitum. plumbi color oris ad instar
livescit, sapor in gustu similatur aceto,
www.libtool.com.cn
potum rara sitis exposcit, pendet in ore
tristitiae signum. faex sanguinis attenuata
discolor apparet quasi pallida, si tamen instet
cretica lux morbi laurum latura triumphi
naturae, nigrere potest, quia putridus humor
eicitur, faecemque sua nigredine signat.
cum nox invitat requiem quae luce fugata
obvolvit mundum caligine, fortiter instat
passio febrilis, cum reddunt aera grossum
frigus et ariditas, et in hora conveniente
materiae stimulos acuit pressura laboris.
tardius hac in febre suum natura triumphum
consequitur, longum proscripto fine duellum
materies compacta facit, factusque rebellis
naturae morbus bis denis iura diebus
continuat pluresque dies quandoque requirit.
Putridus in venis sanguis discrimina duri
trina facit synochi, sed servat homotonus horis

---

2226 pulsans: pulsꝰ *b*, pulsat *d*. *cf. Io.* pulsus initio parvus, tardus et occultus, postea magnus et plenus || 2227 color oris *b*: coloris *d* || 2229 potum *d*: ꝑm *b* || 2233 nigrare *d* | humor *b*: *om. d* (*add. Dar.*) || 2239 pressura *d*: p̄sūma *d* || 2240 hac in febre *d*: in febre ac *b* | natura *d*: uectura *b* || 2241 legum proscripto seue (*supra* al' fine) duellum (*sic*) *b*, longumque proscripto fine (*sic, om.* duellum) *d*. *hoc iam loco* (*post* duellum) *rubr. sequentem adscripserat b, quam tamen linea statim delevit (posito in marg. signo +)* || 2242 factaque *b*, nam facta *d* || 2243 *pro his duobus versibus 2243/44 (quos hic post v. 2242 praebet d) duos praecedentes 2240/41 repetit b sic* tardius in febre hāc sita natura triumphum | consequitur legum proscripto seue duellum. *deinde rubr. repetitur* De synocho et synocha infl'

2245 *rubr.* discrimina *d*: dū crimina *b*. *ex Io. (nam Plat. species non explicat)* Febris nascens ex putrido sanguine. sinocha putrida dicitur. cuius tres sunt species. Omothonus. Augmasticus. Et epaugmasticus. Omothonus dictus est unius tenoris. quoniam fortiter incipit et graviter tenet usque ad finem || 2246 omotonus *d*: hōtenꝰ *b* | horis *b*: *om. d*

omnibus inceptum stimulum morbumque moratur
nescia placari sub eodem pena tenore.
www.libtool.com.cn
morbi primitias augmento continuato
insequitur febris augmastica. tertia totis
viribus insistens primo, lenimine quodam
mitius affligit processu temporis. Edunt
hanc morbi speciem rubor oris, turgida vena,
gustus dulcedo, fetens urina repellens
subtiles visus radios pinguedine multa.
In specie prima summe rubicunda superne
et livens inops infra fixoque tenore
hanc non permutans faciem, signatque secundam
primitiis morbi primo rubicunda sed horis
augmenti livens inops. postrema notatur
urina primo rubicunda, posteriore
tempore continuo magis existente remissa
apposita livente manu. Communiter instant
sompnia quae flammas coniectant lampadis, horam
non habet inmunem patiens, quia febris acumen
proscribit requiem, dolor instat concava frontis
fortius infestans, sitis ex fervore nocivo
castigata tamen, venter vix debita solvit,
velox et fortis pulsus mollisque recurrit
ad digitum. finem solet huius septima febris

---

2250 augmastica (*sic pro* acmastica): *cf. Sim. s.* augmasticus species sinochi que semper augeri videtur. *Io.* Augmasticus sinochus dictus est ab augmento eo quod semper videtur augmentari (*cf. Gar. 6, 18*) . . . Epaumasticus dicitur discrescens. gravissime etenim incipit sed citissime incipit declinare (*Gar. 6, 19: Sim. s.* Epaumasticus grece species sinochi semper decrescens) || 2253 oris *b*: omnis *d* (?) || 2255 subtiles *d*: subtil' *b* | radios *d*: radiās *b* || 2256 summe *d*: summa *b* || 2257 inops *b*: inopos *d*. *cf. supra v. 1227* || 2258 secundam *d*: fetoris *b* || 2259 primitiis: -cias *bd* | horis *d*: oris *b* || 2260 inops *iterum b (fort. ex docta corr. librarii)*, inopos *d* || 2263 opposita *d* || 2264 lampadis *b* (*Dar.*): -dus *d* || 2265 quia *b*: que *d* || 2267 infestans *d*: -tat *b*. *cf. Plat.* dolor frontis acutissimus et timporum | sitis magna *Io.* (vehemens *Plat.*)

accelerare dies, nisi metae tempora differt
materies habilis. sanguis quandoque nocivus
naribus erumpit. Hanc effectura diaeta
sanguinis et similis complexio, consona dictis
aetas qua malas vestit lanugine parva
congenitale pili signum, ne devius error
subrepat, tibi signa dabunt. Elucet eisdem
vis inflativae signis paucisque notatur
istius a synocho distantia. nam rubicunda
et fetore carens effusio praedicat istam
nescia livoris febrem, non sanguine putri
efficitur, sed causa nocens est vena repleta.
Trinus emitritens producitur ex geminata
materia. minor est exortus flegmate putri
et colera, quotiens in vena clauditur illud,
haec latet exterius. causis medius fit eisdem

---

2271 nec metæ tempora *d*, $\overset{c}{n}$ tāto tp̄e *b*. *lego* nisi *cf. Io.* durant febres usque ad V vel ad VII diem. vel ad IX vel ad XI diem. aut parum plus || 2272 habilis *b*: humilis *d*. *cf. Io.* fit (omothonus) de sanguine multo et habili ad succensionem .. quia fit (epaumasticus) de pauca materia licet habili ad succensionem | sanguis: *cf. Io.* terminatur sepe hec egritudo fluxu sanguinis e naribus. Si igitur in die cretico fluere differat precedentibus signis futurum fluxum sanguinis denuntiantibus provocetur .. (*brevius Plat.*) || 2273 Hec effectiva *d*, Huius effectura *b* || 2274 sanguinis (sang's) *b*: sanguis *d* | dictis *d*: sedes *b* || 2275 qua: q̄ (que *d*) *bd* | vestit *b*: nescit *d* (?) | parvas *d* (parva *Dar.*): pura *b* || 2276 pili: pilis (pil' *b*) *bd* | ne *Dar.*: nec ($\overset{c}{n}$) *bd* || 2277 surrepat *bd* | Elucet *d*: eluíor (*sic*) *b* (*in marg.* +) || 2278 inflativae: *cf. Plat.* Sinochi inflative hec eadem sunt signa excepto quod urina *etc.* || 2280 effusio *b*: effluxio *d* || 2281 non (n̄) *b*: nec *d* || 2282 cā *b*: tam (tā) *d* (?)

2283 *rubr.* De emitriteo *b*. *Egidius hic Petrum sequitur Musandinum, ut ipse ait in comm. de ur. v. 171 (cf. infra app.), scil. in causis — nam in ipsis signis Platearium, ut semper (et Ioannem). Musandini ex voce potius doctrinam sequitur (simul et excusat) quam ex scriptis, qui scripto pauca tradiderit. Plateario autem (et doctrinae vulgari) consentiunt etiam Curae Petroncelli (cod. Mediol.) ap. De Renzi C. S. IV, 309* | geminata *b*: generata *d* || 2286 medius fit eisdem *b*: mediusque fit idem (isdem *Dar.*) *d*

ordine converso. putris niger abditus humor
in vena, cuius fel est comes quod latet extra,
maioris generat discrimina. Primus habetur
indicio faecis epatis, nam spissa superne
livet rufa vel inferius rutilat, magis instat
tempore nocturno, dum crudi flegmatis hora
aera disponit, et eodem tempore parvus
infestat quandoque typus, tenet ultima frigdor
corporis, extremae nares pes palma remisso
caumate frigescunt, oculos oppressio sompni
aggravat, infestat ter sex violentius horas
et sex declinat gravitas, pulsus muliebri
mollitie nec cum veloci verbere venae
occurrit digitis. Medii sunt nuntia livens
urinae pars summa, color rubeus, mediocris
vel modicum pinguis substantia, tertia semper
lux gravior, colerae quaevis truculentior hora,
cum rigor infestat modicus, sitis amplior, ictus
fortior, arteriae durae, sompnus brevis, oris
exosus gustus, calor ingens, ignea vultus
forma. magis stimulat febris per ter duodenas
horas, bis senis post mitius instat in horis.
Signat emitriteum maiorem quarta revolvens
et replicans tormenta dies discrimine magno,
tempore dum medio minus aegrum pena molestat.
aut viret urina vel cum nigredine vergens

www.libtool.com.cn

---

2287 putrix *b* | abditus *b*: additur *d* || 2288 invenat[9] fel est comes *b*: in vena cuius comes est fel *d* || 2295 palma *d*: pulmo *b* || 2298 muliebri: muliebris *bd* (*cf. Eg. puls. 228*) || 2301 pars summa *d*: citrina *b* || 2302 substancia *d*: fusa sed *b* || 2303 quaevis: quavis *d*, quĕ levis *b* || 2305 oris *d*: .h.oris *b* (*sic cum* h *punctis incluso*) || 2306 ignea *b*: nigraque *d* (*cf.* oris vivida forma *v. 2333*) || 2307 febribus ptū *b*, febris preter *d* (per ter *Dar.*) *cf. Plat.* (*Io.*) XXXVI horas habet in summo labore. XII in falsa quiete || 2309 quarta (qͣrta) *b*: geminata *d* (?) || 2310 replicans *d*: reputans *b* || 2312 aut viret urina vel cum nigredine nıg[s] (*sic* = niger) *b* (*fort.* c. n. vergens *cf. de colore viridi aut nigro vergente Egid. comm. ad ur. 206 ed.*

ostendit mortem, furiosus in artubus ardor
praetendit fervore rogum, minuitque loquelam
ariditas linguae. pulsus velociter instat
www.libtool.com.cn
qui digitum duris solet infestare flagellis.
per bis ter denas fit pena molestior horas,
bis senis residens. divino munere tantum,
non medici, gaudere potest natura triumpho.
    Naturae rus excultum si primo novellam
pullulat in messem spondens augmenta futura
humano generi, sic collige. menstrua cessant,
ubera turgescunt, variis affectibus escas
exposcit stomachus, succedit nausea, torpet
pigra venus, matrix quasi sugens clausa virilem
constringit virgam, coxarum pondere motus
tardior est solito, conturbat tortio ventrem.
pigrior aspectus oculorum motibus addit
tranquillam requiem, quorum nova concavat orbes

---

*Lugd. 1505*), aut nimis infestat ut (et *Dar.*) cum nigredine linguam *d* (!). *cf. Plat.* (*de maiore*) urina ex adustione modo viridis modo nigra apparet. *Egid. de ur. 206* maiorem (*scil.* emitriteum) ... denique mortem indicat urina prasino tincta colore (*cf. v. 21* nigrior urinae facies ... mortem portendit) || 2313 ostendit modicum febrilis i. a. a. *b*, offendit, mortem furiosus i. a. a. *d* || 2314 p̄tendit *bd* | fervore rogum *etc. b*: fervore negat nimioque loquellam *d* || 2316 duris *b*: diris *d* || 2318 *cf. Plat.* Notandum quod ... teste Galieno (*scil. apud Garip. 6, 4*) divino potius quam humano curatur auxilio || 2319 *hic sequitur in d capitulum (versuum 23) inscr.* Signum febris pestilentialis *quod spurium videtur et interpolatum ab Egidio auctore alienum nec extat in b (Plat., Io.)*

2320 *rubr.* De signis in pregnacionis *b*, De signis pregnantis *d*. *hoc capitulum manifeste Egidianum quomodo huc faciat dubites. sed cum antecedat* de sterilitate *argumentum* (1733) *atque etiam Ioannes in breviario subdiderit capitulo* 'de sterilitate' *caput* 'de pregnantibus' *aliudque ad matricis tractatum pertinens.* 'de aborsu', *addiderit etiam* de mamillis, *facile suspiceris carminis Egidiani ante epilogum praepropere subiunctum capitula quaedam excidisse, servatum autem caput de pregnantibus a loco suo proprio negligenter huc delatum esse* || 2325 sugens (*sic b*) *om. d*

in vultu macies. oculus livore novello
caligat, commissa tenet minus humida matrix.
Insinuant haec signa marem, venter teres, oris
vivida forma, citus pulsus, sopitus edendi
affectus, motus agilis, color aemulus auri
urinae. lac distillans si suscipit unguis
plana superficies, tenti compressa figura
gutta manet lactis nec defluit. auxiliatrix
dextra manus corpus levat inclinata sedentis,
si nova subrepens occasio surgere cogit.
abbreviat sompnos oculus vigil. Accipe signis
oppositis si fetus habet muliebre sigillum.
Emeriti iam, Musa, stili suspende laborem,
otia dum fessos reparent inducta iugales
et dediscat equos currus temone supino.
respiret calamus. iam sint optata quietis
munera defessis. cessent manare fluenta
fontis Adamatici, Parvipontana columna
submissim deponat onus. innecte coronam,
tiro recens phisicae, tu qui nunc primo novello
naturae limen pulsas pede, qui rudis optas
amplecti secreta fisis, tua commoda pensans
profectum dimensa tuum mea Musa laboris

www.libtool.com.cn

---

2334 motis *d* || 2335 distillans (*sic*) *bd* || 2336 tenti *b*: certi *d* || 2337 auxiliatrix *d*: auxiliātis *b* || 2339 subrepens *d*: surrepens *b* || 2340 abreviat *d*

2342 *rubr*. Verba auctoris egidii *b*, Petit licentiam auctor *d* | Emeriti *d*: Metrici *b* || 2344 et *d*: dum *b* || 2345 iam sunt *d*, assint *b* || 2346 cessent *etc.*: *id est cesset labor limae rhetoricae quam debemus scholae Parvipontanae Adami Anglici* || 2347 adamantis *b*, adaratici *d*. *latet nomen Adami* (*cf. Du Cange s.* adamatica arbor paradisi). *cf.* Musandini .. fluminis *de ur. 341* (Pindarici fontis *Hor. epist. I, 3, 10*) | parvi pontana columna *b*, parvi poritana colona *d* || 2348 submissum deponit (depoīt) opus hon⁹ (*sic*) *b*, summissum deponat onus *d*. *fort. l.* submissim | innecte *scil.* mihi || 2349 tiro: *cui fatur* tiruncula Clio *etiam Eg. de puls. 244* | tu *b*: cum *d* | prima *d* || 2350 nature limen *b*: nunc lumen (?) *d* | pulsans *d* | qui rudis optas *b*: sacra voluptas *d* (!) || 2352 musa: causa *bd* (*cf. v. 1*)

suppeditavit onus. ergo qui morsibus instet
obliquis si livoris detractio nostrum
subsannans condempnat opus, si forte cachinni
materiam quaerat, tu promptus verbere verbo
sis mihi pro muro, gladiis accingere iura
si nequeas sermone meae defendere causae.

www.libtool.com.cn

---

2353 honus (*iterum*) *b* | qui *b*: si *d* || 2354 noster *d* || 2355 condempnat: *sic bd* || 2357 accingere: *sic* succingere *puls. 246* | iura *bd* || 2358 mee d. cē *b*: meam d. causam *d*. *Sequitur in b* Explicit viaticus egidii, *sed d novem adhuc addit versus, qui alteram contineant clausulam frigida imitatione factam ad mentem prologi carminis Egidiani de comp. med. IV, 59—69. cos exhibet Dar. p. 195:*

Zoile, nunc tecum mihi sit sermo ultimus. alta
livor adit, virtutibus invidet, ardua carpit.
si mea livore perstringis carmīna, monstras
hoc ipso quod laude nitent, quod laurea nostri
carminis extendet laudis decus. ergo repone
spicula livoris. nam quem prosternere livor
nititur extollit, et quod nocet expedit hosti.
cum laedit sanat, cum saevit verbere mulcet,
cum culpa culpam redimit, cum crimine crimen.

www.libtool.com.cn

# TABULA MORBORUM

| CARMINIS EGIDIANI | PRACTICAE PLATEARII |
|---|---|
| | **(ed. Lugd. 1525: ubi rubricae tractatuum eorumque capitulorum numeri sunt ex additione editoris)** |
| rologus ('Aude aliquid' ...) | Prologus ('Amicum induit' ...) |
| igna quattuor humorum abundantium | Tr. I de febribus (ab Egidio ponitur ad finem libri, ut in passionario) |
| flegmatis insipidi (naturalis) 21 | |
| salsi 35 | |
| dulcis 40 | |
| acetosi 45 | |
| vitrei 52 | |
| sanguinis 62 | |
| melancoliae 71 | |
| colerae 79 | |
| f. Plat. II, 6) cephalea 95 | Tr. II De egritudinibus capitis |
| I, 1) frenesis 139 | 1 frenesi |
| [, 2) litargia 166 | 2 litargia |
| [, 5) mania et melancolia 202 | 3 catarro (*cf. C. S. II, 108 om. E*) |
| [, 4) { apoplexia 296 | |
| { epilempsia 342 | 4 apoplexia et epilepsia |
| ) scotomia 425 | 5 mania et melancolia |
| | 6 dolore capitis |
| I) dolor oculorum 454 | III Cap. De egr. oculorum |
| | 1 { Dolor oculorum |
| | { Fluxus lacrimarum |
| | { Defectus visus |
| V) dolor aurium 493 | IV Cap. De passionibus aurium |
| | V De egrit. narium |
| | 1 fluxu sanguinis e naribus |
| | 2 fetore narium (*om. E*) |
| I, 3. 4) dolor dentium 514 | VI De egrit. oris |
| I, 1. 2) fetor oris 565 | { 1 pustulis |
| , 1) fluxus sanguinis e naribus 580 | { 2 fetore oris |
| ) coriza 615 (cf. Barth. C. S. II, 109) | { 3 dolore dentium |
| | { 4 vermibus in dentibus maxillaribus |

CARMINIS EGIDIANI

(VII, 2) squinantis 650 (668, 679)
(VII, 8) emoptoica 715
(VII, 7) ptisis 775
(VII, 6) empima 801
(VII, 5[2]) pleuresis 812
(VII, 5[1]) peripleumonia 840
(VII, 4[2]) asma 868
(0) sincopis 912
(VII, 4[1]) tussis 940
(VIII, 5) dolor stomachi 975
(VIII, 1) fastidium 985
(VIII, 3) vomitus 1007
(VIII, 4) singultus 1032
(VIII, 2) bolismus 1051
(IX, 1[1]) iliaca 1066
(IX, 1[2]) colica 1101
(IX, 2) lumbrici 1105
(IX, 3) dissenteria 1123
(IX, 4) lienteria 1158
(IX, 5) diarria 1176
(IX, 6) tenasmon 1198
(X, 1) apostema epatis 1216
(0) obstrusio (oppilatio, sclerosis) epatis 1232 (*om. m*)
(X, 3) ydrops 1273
(X, 2) ictericus morbus 1312
(XI) splenetica 1362
(0) apostema renum 1418
(XII, 1) diabetes 1430
(XII, 4) diampne 1438
(XII, 2) minctus sanguineus 1463
(XII, 3[1]) lapis 1493
(XII, 3[2]) dissuria (scuria, stranguria) 1526

PRACTICAE PLATEA

VII De egrit. spiritualium
1 relaxatione uvae (*om.*
2 squinantia
3 raucedine vocis (*om.*
4 tussi et asmate
5 peripleumonia et plei
6 empimate
7 ptisi
8 emoptoica passione
VIII De egrit. stomachi
1 fastidio
2 bolismo
3 vomitu
4 singultu
5 dolore stomachi
6 apostemate in stoi et intestinis (*om. E*)[1]
IX De egrit. intestinorum
1 dolore intestinorum
iliaco
colico
2 lumbricis
3 dissinteria
4 lienteria
5 diarria
6 de tenasmon (*sic e Vrat C. S. II, 280*)
7 emorroidis (*om. E*)
8 exitu ani
X De egrit. epatis
1 apostemate epatis
2 ictericia
3 ydropisi
XI De splenetica passion
XII De egrit. renum et v
1 diabetica passione
2 exitu sanguinis cum
3 lapide in renibus et (et difficultate minge
4 involuntaria amission nae (diampne)

1) hoc capitulum ('Apostema fit in stomacho et in intestir in codicibus manuscriptis (Berl. lat. qu. 24, lat. fol. 57) su *sequenti* de dolore intestinorum, praemittitur capitulo de lum

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

| CARMINIS EGIDIANI | PRACTICAE PLATEARII |
|---|---|
| (XIII, 1) gonorrea 1542<br>(XIII, 2) satiriasis 1565<br>(XIII, 3) aproximeron 1574<br>(0) spasmus 1592<br>(IX, 8) exitus ani 1611 | XIII De egrit. virgae et testiculorum<br>1 gonorrea<br>2 satiriasi<br>3 aproximeron<br>4 inflatione testiculorum<br>5 pustulis in virga nascentibus<br>(6) vulnere in virga (quod capit. deest in editione: habet cod. Berl. qu. 24 f. 100a2, non autem Coll. Vrat. C. S. II, 329. 330 neque cod. Berl. fol. 57 f. 176a1) |
| (XIV, 1) retentio menstruorum 1620<br>(XIV, 2) fluxus inmoderatus 1652<br>(XIV, 3¹) suffocatio matricis 1674<br>(XIV, 3²) exitus matricis 1712<br>(0) emorragia (emorroidae *cod.*) matricis 1722<br>(XIV, 4) sterilitas 1733 | XIV De egrit. matricis<br>1 retentione menstruorum<br>2 fluxu inmoderato<br>3 suffocatione et precipitatione<br>4 impedimento conceptionis |
| (XV) artetica 1788 | XV De artetica passione |
| (XVI, 1) lepra 1830 (4 species: alopicia 1866, leonina 1880, tyria 1890, elefantia 1903)<br>(XVI, 2) morphea 1849<br>(XVI, 3) scabies 1855<br>serpigo 1860 | XVI De egrit. cutis<br>1 lepra<br>2 morfea<br>3 scabie<br>4 fistula (Explicit Plat.) |

---

| | |
|---|---|
| <De febribus 1919 sqq.><br>(I, 1) effimera 1919<br>(I, 2) ethica 1950<br>(I, 3) (tipica) cotidiana 1977 (1998, 2008, 2016, 2028)<br>(I, 4) tertiana 2046<br>(I, 5) quartana 2103<br>epiala 2156 } errantes<br>(0) lipparia 2158 } errantes<br>(I, 7) continua 2160<br>cotidiana 2162<br>causon 2184<br>tertiana 2210 | I De febribus<br>1 effimera<br>2 ethica<br>3 interpolata cotidiana (flegmatica)<br>4 tertiana (colerica)<br>5 quartana (melancolica)<br>6 erraticis<br>7 continua<br>8 emitriteis |

CARMINIS EGIDIANI
quartana 2219
synochus putridus homotonus 2246
augmasticus 2250
(epaugmasticus) 2250
synocha inflativa 2278
emitriteus 2283
minor 2289
medius 2300
maior 2309
De signis impregnationis 2320—2341
Epilogus 2342—2358

www.libtool.com.cn

Ad finem sic Plat.: 'Executo tractatu febrium de reliqui passionibus est agendum. inchoantes igitur secundum ordinei et progressum membrorum diversarum passionum prosequamu tractatum' (II—XVI).

---

www.libtool.com.cn

# BREVIARIUS IOHANNIS DE SANCTO PAULO.

Tabula capitulorum ex cod. Ampl. qu. 207 (f. 118).

Assiduis petitionibus me kmi compendiose morborum signa causas et curas in scriptum redigere cogitis. desideriis itaque vestris satisfaciens. hunc laborem leto aggredior animo. considerans ipsum vobis simul et posteris fore quam maxime utilem. Exequar autem breviter signa et causas preponens et curas subiciens. ideoque breviarium intitulavi. Dividitur autem liber iste in V. particulas. quarum prima de signis et causis et curis egritudinum universaliter tractatum continet et de exterioribus passionibus corporis. Secunda de passionibus animatorum membrorum et spiritualium. Tertia de passionibus nutritivarum partium. Quarta de morbis generativorum membrorum et scie manuum et pedum. Quinta vero de febribus.

(Capitula libri I.)

De generalibus signis et causis egritudinum.
De generalibus curis.
De varietate signorum.
De varietate curarum.
De purgationibus.
De collectionibus.
De cura collectionum.
De cura apostematum.
De vulneribus et incisionibus et mala carne vulnerum.
De fistula.
De morsu venenosorum animalium et precipue canis rabidi.
De incendio ignis et aque calide.
De variolis.
De scabie.
De pediculis.
De lepra et serpigine.
De morphea et impetigine.
De porris et verrucis.

(f. 128) Postquam assignavimus de exterioribus passionibus que in toto corpore fieri possunt assignemus de his que in quibusdam tantum partibus fiant et primo de pustulis.

De pustulis capitis.
De furfuribus capitis.
De casu capillorum.
De ornatu capillorum.
De ornatu faciei.
De scrofulis et botrio (*al.* bocio *cf. Du Cange s.* bocio).
De fetore sub ascellis.
De fissura manuum et pedum.

(f. 130b Liber II.)

Primi libri series exteriorum passionum tractatum continuit tam earum que in quibuslibet exterioribus membris fieri possunt ut lepre quam earum que in quibusdam tantum partibus fiunt. ut boccii. hic autem liber enodabit passiones animatorum et spiritualium membrorum. Incipiendum est a capite quod est totius corporis radix. sub cuius preiudicio membra inferiora commoventur et quodam nexu familiari nectuntur ministerio naturali.[1]) Cum igitur capitis multe sint egritudines. exordiamur a dolore capitis. quoniam sepius accidit ...

www.libtool.com.cn

(Capitula libri II.)

De dolore capitis.
De mania et melancolia.
De frenesi.
De lithargia.
De scotomia.
De epilempsia.
De apoplexia.
De paralisi.
De spasmo.
De dolore oculorum.
De defectu visus.
De variis medicinis oculorum.
De dolore aurium.
De defectu auditus.
De sanguinis fluxu.
De naribus.
De coriza.
De fetore narium.
De fetore oris.
De vitiis dentium.
De uvula.
De quinantia.
De voce.
De tussi.
De emoptoycis.
De empicis.
De ptisi.
De pleuresi et peripleumonia.
De asmate.
De sincopi.

(*fin.*) Reliqua auxilia ex propriis sunt requirenda capitulis. Statuimus enim in hoc opere de singulis breviter agere. licet quandoque decurrens sermo detineri non possit ne huius rei aliquid redeat. hoc enim cogitet qui (*cod. D* cogito quidem) eiusmodi est. quia qui dat de singulis aliquid plurima offert.

(f. 145 Capitula libri III.)

De fastidio.
De bulismo.
De siti.
De ructatione.
De vomitu.
De dolore stomachi et intestinorum.
De diarria.
De lienteria.
De dissenteria.
De tenasmon.
De yliacis et colicis.
De lumbricis.
De passionibus ani.

---

1) sunt Theodori Prisciani verba p. 217, 19 qualia ex Passionario III, 43 traxit Iohannes.

De dolore epatis.
De apostemate epatis.
De ydropicis.
De ytericia.
De spleneticis.
De apostemate et vulnere renum et vesice.
De pilis et furfuribus.
De lapide.
De sanguinis minctu.
De diabete.
De stranguiria.
De diampne.

www.libtool.com.cn

(f. 158b Capitula libri IV.)

De vulnere virge et tumore testiculorum.
De coitu.
De satyriasi.
De gonorrea.
De aproximeron.
De retentione menstruorum.
De fluxu menstruorum.
De egressu matricis.
De apostemate et vulnere matricis.
De sterilitate.
De pregnantibus.
De aborsu et difficili partu et secundina.
De mamillis.
De scia et artetica.

(*fin.*) Iamque partem nostri propositi in hiis. IIII. particulis explevimus. In quinta igitur particula de febribus exequimur. secundum auctoritates antiquorum. adiuvante dn̄o nr̄o ih̄u xp̄o cuius nutu hoc opus incepimus eiusque auxilio et permissione ad finem usque complebimus.

(f. 166 Capitula libri V.)

De diffinitione et de divisione febris.
De effimera.
De ethica.
De febre putrida.
De continuis.
De cognoscendo gradu discrasie.
De dieta et purgacionibus.
De variis accidentibus febrium.
De sinocha inflativa.
De sinocha putrida et primum de omothono.
De sinocho augmastico.
De causon.
De tertiana continua.
De cotidiana continua.
De quartana continua.
De interpolatis.
De cotidiana.
De tertiana.
De quartana.
De compositis febribus.
De emitriteo minori.
De emitriteo medio.
De emitriteo maiori.
De duplici tertiana.
De erraticis febribus.
De epiala et liparia.

(*fin.* f. 179) Ecce iam breviter uti postulatis in compendio signa. causas et curas. omnium egritudinum assignavimus secundum disciplinas nostrorum auctorum et precipue galieni. Vos secundum scripta ista operamini vestra opera dirigente deo omnipotente.

www.libtool.com.cn

# EX BREVIARII LIBRO V
# CAP. DE EMITRITEIS

(cod. Ampl. qu. 207 f. 177).

Emitriteus i. media tertiana, quoniam omnis emitriteus fit ex colera putrefacta intus vel extra et fit ex alio humore, ut ex flegmate et melancolia. sunt emitritei III, minor medius et maior. minor emitriteus fit ex colera putrefacta intus et ex flegmate extra, medius vero fit ex flegmate intus et colera extra, maior de colera intus et melancolia extra. in omni namque emitriteo ille humor putrefit extra vasa, qui est materia illius interpolate cui coniungitur. inde est quod in minori emitriteo qui cotidiane assimilatur flegma putrefit extra, unde cotidie fit paroxismus (*sic cod. Darmst. 329, in Ampl. scribitur* partyoim$^9$) et cum typo. in medio qui assimilatur tertiane putrefit colera extra, in maiori qui quartane coniungitur putrefit melancolia extra. Constantinus in pantegni dicit (*theor. 8, 6 f. 37 b 1 ed. Lugd. Isaaci 1515*) Emitriteus i. media tertiana. hec enim febris componitur de febre flegmatica continua et tertiana periodi⟨ca⟩ si sit vera. et post pauca Febris inquit composita ex flegmate et colera i. que vocatur emitriteus si vera sit significationes habet IIII ... et in libro febrium idem fere per eadem verba cantat., et deinde (*de febr. 5, 11 f. 224 a*) questionem proponit et solvit dicens Si dixerint quomodo possumus noscere tertiane materiam utrum sit extra vasa et amfimerini materiam intra vasa, dicimus quia ... et alibi in eodem libro Ea inquit (*5, 7 f. 221 b 2*) materia que est intra vasa non facit rigorem eo quod est clausa in vasis. et in passionario sic scribitur (*Garipoti 6, 4 ed. Bas. 1536*) Emitritei sunt tres, medius maior et minor. medius est qui tertiane coniungitur, maior vero quartane et minor cotidiane. et iterum Si minor est emitriteus, movetur horis XVIII et quiescit horis VI, medius movetur horis XXXVI et quiescit XII, maior emitriteus movetur horis LX et quiescit horis XII. nec tamen omnes cum quiescunt sine febre sunt.[1])

---

1) *haec omnia* (*a verbis* 'In omni namque emitriteo') *verbotenus transtulit Gilbertus in l. I (f. 57 ed. Lugd. 1510) Compendii medicine sic praefatus* 'Hic oritur disputatio quis humor putrefiat intra et quis extra in his (*scil. tribus emitritei specie-*

www.libtool.com.cn

Ex his omnibus auctoritatibus et rationibus confunduntur qui barbarum quid dentibus frendent dicentes[1]) emitriteum minorem fieri ex flegmate intus et colera extra, medium ex colera intus et flegmate extra, maiorem vero ex melancolia intus et colera extra, et excluduntur illi[2]) qui habent (dicunt *cod. D.*) minorem (fieri *add. D.*) de flegmate intus et extra, et maiorem de melancolia intus et extra, quia non conveniret eis diffinitio emitritei. scimus revera febrem fieri de flegmate intus et extra et de melancolia intus et extra, sed non que fit (sit *D.*) emitriteus. et de his satis dictum sit et breviter.

Emitriteus minor fit ex colera putrefacta intus et colera extra, et habet XVIII horas in summo labore, in quibus horis de utraque affligitur materia eger. et videtur in falsa quiete in quibus fit molestatio de una materia tantum. et cotidie fit infrigdatio nasi manuum et pedum, et (et *om. D.*) ex flegmate quod putrefit extra.

(*sequitur cura, deinde f. 178* Medius emitriteus — Emitriteus maior).

---

*bus*). Salernisani enim ponunt in minori coleram putrescere intus et flegma extra ... et in hac opinione sunt platearius et iohannes de sancto paulo et ferrarius et dicunt In omni emitriteo ille humor ... (*sequuntur verba Ioannis*). *deinde subdit Gilbertus* Alii magistri omnes nostri temporis foventes contrariam opinionem dicentes quod in minori putrescit flegma intus et colera extra, in medio e converso, in maiori melancolia intus et colera extra predictam sectam triplici ratione infirmant et destruunt ...

1) *Egidius in commento proprio urinarum (ed. Lugd. 1505 D 8a)*: Fit enim minor emitriteus ex colera putrefacta extra vasa et ex flegmate intra ... (*D 8b*) Non hos latet (*sic ed., sed cod. Lips. 1176* nisi nos lateat, *ubi supra corr.* nec lateat uos, *contra Lips. 1213* Non ⟨hos latet *add. al. m. in albo = ed.*⟩) sententia ferrarii et platearii et magni (*sic ed.,* magistri *Lips.*[1] = magr̄i *L*[2]) Iohannis de sancto paulo, qui asserebant minorem emitriteum ⟨fieri *L*[1]⟩ de colera intus putrefacta et flegmate extra. sed eorum sentencie sunt dimittende et (*sic ed.,* sed eorum sentencie supersedendo *Lips. 1 et 2*) Petri (Magr̄i p. *L*[2]) Musandini auctoritatem sequimur (sequamur *L*, prosequemur *L*c, prosequimur *L*[2]). *cum Egidio facit et Bartholomeus C. S. II, 761. IV, 349.*

2) *sic magister Copho in practica C. S. IV, 459* Post sanguinem de flegmate est agendum quod intus et extra putrescit et minorem generat emitriteum, nec illis assentimus qui coleram extra et flegma intus esse in minori emitriteo antea (*sic ed.*) asserunt (*cf. 460. 464 et II, 95. 98*).

www.libtool.com.cn

# EX GLOSULIS AFFORISMORUM SECUNDUM MAGISTRUM CARDINALEM

(prologus cod. Basil. D I 16).

Vita brevis est ars vero longa. Corpora humana continua resolutione resolvuntur. cuius causa est triplex. una est debilis coagulatio, ex qua coagulata sunt. unde[1]) non habent fortem virtutem, ut possint resistere virtuti dissolventi, sicut mineralia propter fortem coagulationem resistunt virtuti dissolventi. unde Avicenna 'Utinam corpora nostra essent mineralia, ut non ita cito dissolverentur'. Secunda causa est quia componuntur ex contrariis, que adinvicem agunt et patiuntur, omnis autem passio magis facta abicit a substantia secundum philosophum, et ita continue dissolvuntur. Tertia causa est elongatio nutrientis a re nutrita. nutrimentum enim receptum in corpore nostro multa inmutatione mutatur, antequam nutriat. digeritur enim prima digestione et secunda et tertia, et ita multa fit deperditio, antequam nutriens nutriat. relinquit etiam multas superfluitates[2]) in corpore, que contrarie sunt nature nostri corporis et corrumpunt corpus. ut ergo corpus humanum non dissolveretur subito ab huius modi causis dissolventibus, necessaria fuit aliqua ars retardans tantam dissolutionem, hec autem est medicina.

Est autem medicina nobilissima scientiarum. est enim de corpore humano et de nobilissima substantia, homo enim apud theologos dicitur nobilissima creaturarum. $\overset{a}{\text{p}}$[3]) alie scientie aut sunt de rebus generabilibus et corruptibilibus tantum, aut de celestibus tantum, medicina autem est tam de istis quam de illis. non enim solum rectificat dispositiones corporis, sed

---

1) unde: $\text{v}^{\text{ti}}$ *cod.* (*pro* $\overset{\text{n}}{\text{v}}$?). 2) superfluitates: $\text{fr}^{\text{'tes}}$.
3) $\overset{a}{\text{p}}$: *sic cod., ut infra.*

etiam rectificat anime operationes, cum ipsa habeat operam per corpus. et ita est tam de generabilibus et corruptibilibus quam de celestibus. $\overset{a}{p}$[1]) scientia est de difficili et bono. ergo que est de difficillimo et optimo est nobilissima, talis autem est medicina, quod patet. est enim, sicut dictum est, de corpore humano, quod dicitur dignissima creaturarum, et sic est de optimo. est etiam de difficillimo, quia est de homine, et ita de causis hominis. nam scire est causam rei cognoscere, et quoniam[2]) illius est causa, et inpossibile est aliter se habere, ut vult philosophus. difficillimum enim est causas hominis cognoscere, quia causa materialis sunt IIII elementa. cognitio enim eorum est difficillima. causa efficiens eiusdem est homo et sol. homo enim generat hominem et sol, ut vult philosophus. causa autem formalis ipsius hominis est anima, cuius etiam cognitio difficillima est. cognitio autem hominis et motus supercelestium corporum difficillima est. causa autem finalis omnium rerum est homo. omnia enim facta sunt propter hominem, cognitio autem omnium rerum est difficillima.

Vel aliter et melius, ut credo. finis hominis est beatitudo, cuius cognitio est difficillima. licet enim sit finis | (f. 1 a 2) omnium aliarum rerum, non tamen alie res propter hoc sunt finis ipsius. et ita medicina est de optimo et difficillimo, quare est optima scientia. et propter hoc non est mirum, si tantos et excellentes habuit auctores, inter quos Ypocrates fuit excellentissimus, sicut Aristoteles excellentissimus fuit in arte dialectica. unde sicut Ar. tradidit de sillogismo in una scientia in communi, ut in libro priorum, in alia magis in speciali, ut in libro posteriorum, ita Ypo. tradidit medicinam in communi in libro afforismorum, magis in speciali, ut in libro pronosticorum, maxima contrahendo ad minima[3]), ut in libro de regimento acutorum. nullam autem tradidit scientiam respondentem sophistice, quia in hac arte non est sophistica, quoniam Ypocrates accipiens elegantiora dicta ab aliis philosophis de medicina compilavit artem medicine sub compendio in libro hoc qui dicitur afforismorum.

Antequam autem accedamus ad litteram, videndum est, sicut in aliis libris (*cf. supra p. XXV*), que sit materia huius operis, que auctoris intentio, que causa suscepti operis, quis titulus, cui parti philosophie supponatur, que sit divisio libri.

---

1) $\overset{a}{\text{p}}$ *cod.* (= puta) *ut saepius.*

2) quoniam ($\overline{\text{qm}}$): *sic cod.*

3) minima ($\overset{a}{\text{m}}$): *sic cod. (inperitissimi scriptoris manus ab alia manu, quam semper secutus sum, passim corrigitur, sed non semper).*

